

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio
eruditorum deliquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

[S.l.], 1727

Didagmate Metanica Seu Documenta Literatorum virorum ponitentialia

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

99

Didagmata Metanica Seu Documenta Literatorum Viroorum penitentialia.

Documentum I.

Penitentiam, hoc genus hominum quod male-
fectatum audit, caeci sine Domini lumine, naturā tenis
nōrunt, passionem animi quandam esse qua veniat
de offensa sententia prioris. Ceterum à ratione eius
tantum absunt, quantum ab ipso rationis auctore. quippe
res Dei ratio: quia Deus omnium conditor, nihil non
ratione providit, disposuit, ordinavit: nihil non ratione
trahari intelligiqz voluit. Agitur ignorantes quiqz Deū
rem quoqz eius ignorent necesse est: quia nullus omnino
theos autem certaneis patet. Itaqz universam vitam con-
versationem sine gubernaculo rationis transflectantes,
imminentem seculo procellam vitare non nōrunt. quā
autem in penitentia actu irrationaliter diverfentia,
vel uno isto satis erit expedire, cum illam etiam in bo-
nis factis suis adhibent. penitentia fidei, amoris, simplici-
tatis, patientia, misericordia: prout quid in ingratiā
cecidit, semetipfos execrantur, quia bene fecerint, eamqz
maximē penitentia speciem, qua optimis operibus itro-
gatur, in corde fingunt: meminisse curantes, ne quid boni
rursus praesent: contra, penitentia malorum levius in-
cubant. Deniqz facilius per eandem delinquunt, quam
per eam recte faciunt. quod si Dei ac per hoc rationis
quoqz compotes agerent, merito primo penitentia ex-
penderent, nec unquam eam ad argumentum perverse
emendationis adhiberent: modum Deniqz penitendi tem-
perarent, quia est delinquendi tenerent, timentes Domi-
num scilicet. sed ubi metus nullus, emendatio proinde
nulla: ubi emendatio nulla, penitentia nec ratio vana:
qui caret fructu suo cui eam Deus servit, id est, hominis
saluti. Nam Deus post tot et tanta delicta humana
temeritatis à principe generis Adam auspicata, post con-
demnatum hominem cum seculi dote, post eiectionem para-
disi, mortiqz subiectum: quum rursus ad suam miseri-
cordiam maturavisset: iam inde in semetipso peniten-
tiam dedicavit, rescipā sententiā irarum pristinarum,

ignoscere pactus operi, et imagini sua. Itaque et populum sibi
congregavit, et multis bonitatis, seu largitionibus fovit, et in-
gratissimum toties expertus, ad penitentiam semperhorta-
tus est, et prophetando universorum prophetarum emisit
ora: mox gratiam pollicetur, quatinus in catechismatibus
temporum per spiritum suum universo orbi illuminaturus
episcopi, praedice, intinctionem penitentiae insit, ut quos per
gratiam vocaret ad promissionem semini Abraham. De-
stinatam, per penitentiae sublationem ante compone-
ret. Non facit Joannes: penitentiam innotescit. Dicunt
iam enim salus nationibus appropinquabit, Dominus scilicet
aferens, secundum Dei promissionem. Cui promittens
penitentiam destinabat purgandis mentibus propositam:
ut quicquid erroris velus inquinaret, quicquid in corde ho-
minis ignorantia contaminaret, id penitentia verreret et
radens, et foras abiciens, mundam pectoris domum
superventuro spiritui sancto parat, quo se ille cum ce-
lestibus bonis liberis inferat. Hoc est bonorum unum est
titulum, salus hominis, criminum pristinae abolitione
promissa. Haec penitentiae causa, haec opera, negotium
divinae misericordiae curans, quod homini proficit, Deo
servit. Ceterum ratio eius quam cognito Domino discernit,
certam formam tenet, ne bonis unquam factis cogitativa
quasi violenta aliqua manus iniiciatur. Deus enim est
reprobationem bonorum ratum non habet, ut potest suorum:
quorum cum auctor et defensor sit, necesse est providere
et acceptator, si acceptator, etiam remunerator. Vide-
rit ergo ingratis hominum, si etiam bonis factis peniten-
tiam cogit. Viderit et gratia, si captivitas eius ad benefa-
ciendum incitamentis est: Terrena, mortali utraq; quan-
tulum enim compendii, si grato benefeceris? vel dispendii,
si ingratis? bonum factum Deum habet debitorem, si-
cut et malum: quia iudex omnis remunerator est causa.
at cum iudex Deus iustitia charissimo sibi exigendo
tuendos praesideat, et in eam omnem summam discipli-
nae sub ianciat, dubitandum est, sicut in universis actibus
nostris, ita in penitentia quoque causa iustitiam Deo
prestandam esse? quod quidem ita impleri licebit, si pec-
catis solum modo adhibeatur. porro peccatum, nisi malum
factum dici non meretur, nec quisquam bene faciendo
delinquit: quod si non delinquit, cur penitentiam in-
dit delinquentium privatum? cur malitia officium bo-
nitatis suae imponit? ita evenit, ut cum aliquid ubi non
oportet, adhibetur, illic ubi oportet, negligitur. quoru
ergo penitentia iusta et debita videatur, id est, sua de-
recto deputanda sint, locus quidem exponit illud denotare

sed oſo ſon videri potest. Domino enim cognito, ultro
 ſpiritus à ſuo auctore reſpectu, emergit ad noſtitiam ve-
 ritatis, et ad miſus ad Domini præcepta, ex ipſis ſtatim
 eruditur id peccato deputandam à quo Deus arceat: quo-
 niam cum Deum grande quid boni conſtet eſſe: ubiſq; bono
 niſi malum non diſplicet, quod inter contraria ſibi
 nulla amicitia ſit. perſtringere tamen non pigebit
 Delictorum quodam eſſe carnalia, id eſt, corporalia: qua-
 dam verò ſpiritualia. Nam cum ex hæc duplici ſubſtantia
 congregatione conſectus homo ſit, non aliunde delinquit,
 quam unde conſtat. ſed non eò inter ſe diſferunt, quod corpus
 et ſpiritus Deus ſit: alioqui eò magis paria ſunt, quia
 duo unum efficiunt: ne quis pro diſſimilitudine materiã
 peccata eorum diſcernat, ut alterum altero levius aut
 gravius existimet. ſiquidem et caro et ſpiritus Dei res:
 alia manu eius ex præpa, alia uſſuſu eius conſumata.
 cum ergò ex pari ad Dominum pertineant, quodcumq;
 eorum deliquerit, ex pari Dominum offendit.

An tu Diſcarnus actus carnis et ſpiritus? quorũ
 et in vita, et in morte, et in reſurrectione tantum com-
 munionis atq; conſortii eſt, ut pariter tunc auſſuſu in vitam,
 aut in iudicium ſuſſententur: quia ſibiſſet pariter aut de-
 liquerint aut innocentes egerint. Hoc eò præmiſerimus,
 ut non minorem alteri quam utriuſq; parti, ſi quid deli-
 querit, penitentia neceſſitatem intelligamus impendere.
 Communis reatus amborum eſt, communis et iudex, Deus.
 ſibiſſet: communis igitur et penitentia medela. Tandem
 ſpiritualia et corporalia nominantur, quod delictum
 omne, aut agitur aut cogitatur: ut corporale, et quod
 in factis eſt: quia factum, ut corpus et videri, et contingi
 habet: ſpirituale verò, quod in animo eſt, quia ſpiritus
 neq; videtur, neq; tenetur. per quod offenditur non
 facti ſolum, ſed et voluntatis delicta vitanda, et
 penitentia purganda eſſe. Neq; enim ſi mediocritas
 humana facta ſolum iudicat, quia voluntatis latebris
 pae non eſt: idcirco crimina eius etiam ſub Deo negli-
 gamus: Deus in omnia ſufficit, nihil à conſpectu eius
 remotum, unde omnino delinquitur: quia non ignorat,
 nec omittit, quominus in iudicium decernat. Diſſimul-
 labor et præſaricator perſpicacia ſua non eſt. quid?
 quod voluntas facti origo eſt? viderint enim ſi qua
 caſu, aut neceſſitati, aut ignoſſantia impuſantur, quibus
 exceptis iam nonniſi voluntate delinquitur. cum
 ergo facti origo eſt, non tanto potior ad penam eſt,
 quanto principalis ad culpam? quæ ne tunc quidem
 liberatur, cum aliqua difficultas peccationem eius
 intercipit. ipſa enim ſibi impuſatur, nec excuſari pote-
 rit per illam perficiendi infelicitatem, operata.

quod sum fuerat. Denique Dominus, quemadmodum
se adiectionem legi superstruere demonstrat, nisi et
voluntatis interdicens delicta: cum adulterum, non
eum solum defuit, qui cominus in alienum matrimo-
nium cecidisset, verum etiam illum, qui aspectu con-
cupiscentia contaminasset. a deo quod prohibetur ad-
ministrare, satis periculose atimus sibi representas,
et temere per voluntatem expungit effectum, cuius
voluntatis cum vis tanta sit, cur non solatium sui-
saturans, pro facto cedat? pro facto ergo plectetur.
Vanissimum est dicere: volui, nec tamen feci. at qui
perficere debet, quia vis: aut nec velle, quia nec
perficii: sed ipse conscientia sua confessione pro-
nuntias, nam si bonum concupisceres, perficere gestis pe-
porro sicut malum non perficis, nec concupiscere de-
bueras. quaequā te committueris, crimina asstringeris:
quia aut malum volueris, aut bonum non adimpleveris.
Omnibus ergo delictis, seu carne, seu spiritu, seu facto
seu voluntate commisit, qui penam per iudicium de-
stinavit, idem et veniam per penitentiam spondit, di-
cens ad populum: penitere et saluum faciam te. et ite-
rum: vivo, inquit, Dominus, et penitentiam malo quam
mortem.

Ergo penitentia vita est, cum praeparata mori.
eam tu peccator, mei similis. Cimo me minor: ego enim
peccantiam in delictis meam agnosco, ita invade, ita
amplexare, ut naufragus alicuius tabula fidem, haec
te peccatorum fluctibus mergi prolebas, et in
portum divina clementia protelabit, rapti occasionem
inopinata felicitatis: ut ille tu, nihil quondam peni-
Leum, nisi stilla siccula, et area pulvis, et vasculum
figuli: arbor exinde fias illa, quae peris aquas ferit
et in folijs perennat, et tempore suo fructus agit, quae
non ignem, non securim videbit. peniteat errorum re-
perta veritate, peniteat amare quae Deus non amat,
quando ne nos quidem ipsi, servulis nostris, ea quibus
offendimur, non odire permittimus. obsequij est ratio
in similitudine animalium constituta est. De bono pe-
nitentia enumerando diffusa, et per hoc magno eloquio
committenda materia est. Nos vero pro nostris angustiis
unum inculcamus, bonum atque optimum esse quod
Deus praecipit, audaciam exultimo de bono divini pra-
cepti disputare. neque enim quia bonum est, idcirco
auscultare debemus, sed quia Deus praecipit, ad exi-
tationem obsequij, prior est majestas divina potesta-
tis: prior est auctoritas imperantis, quam utilitas ser-

vientis. bonum est pariter? an non? quid resolves, Deus
 precipit: at ille non precipit tantum, sed etiam hortatur,
 invitatur premio, salute, i'trans etiam: vivo dicens, cupit credi
 tibi. O beatorum, quorum causa Deus iurat! Miserrimos,
 si nec iuranti Domino credimus! quod igitur Deus tanta
 re commendat, quod etiam humano more sub i'peratione
 testatur, summa utiqz gravitate et aggredi, et iusto dire
 debemus: ut in a'p'veratione Divina gratia permanente,
 in fructu quoqz eius, et emolumento proinde perseverare
 possimus. Hoc enim dico, penitentiam qua per Dei
 gratiam ostensa et iniecta nobis, in gratiam nos Domino
 revocat, semel cognitam atqz susceptam, nunquam post hanc
 i'peratione delicti resignare oportere. Nam quidem
 nullus ignorantia peccat, tibi patrocinatur, quod
 Domino agnito preceptisqz eius admittit, deniqz peniten-
 tia delictorum functus, rursus se in delicta restituit;
 ita, in quantum ignorantia segregaris, in tantum con-
 tumacia agglutinatur. nam si idcirco te deliquisse pa-
 nitueras, quia Dominum caperas timere, cur quod melius
 gratia despisti, rescindere maluisti, nisi quia metuere
 desisti? neqz enim timorem alia res quam contumacia
 solvitur. cum etiam ignorantes Dominum nulla exceptio
 tueatur a' p'na, et quia Deum in a'p'erto constitutum, et
 vel ex ipsis celestibus bonis comprehensibilem ignorari non
 licet. Quanto cognitum despicere periculosum est? Dissipit
 porro qui bonorum ac malorum intellectum ab illo conser-
 vatus, quod intelligit fugiendum, quodqz iam fugit, resumens,
 intellectus suo, id est, Dei dono contumeliam facit: respuit
 datorem, cum datum deserit, negat beneficium, cum benefi-
 cium non honorat. quemadmodum ei potest placere, cuius
 manus sibi displicet? ita in Dominum non modo contumax,
 sed etiam ingratus apparet. Ceterum non lesiter in Dominum
 peccat, qui cum amulo eius diabolo penitentiam renuntiasset,
 et hoc nomine illum Domino subiciisset, rursus eundem re-
 gressu suo erigit, et exultationem eius seipsum facit, ut
 demum malum recuperata preda sua adversus Dominum,
 gaudeat. Nonne, quod dicere quoqz periculosum est, sed
 ad edificationem proferendum, Diabolum Domino pro-
 ponit? comparationem enim videtur egisse, qui utrumqz
 cognoverit, et iudicatio pronuntiasset, eum meliorem cuius
 se rursus esse maluerit. ita, qui per delictorum pani-
 tentiam instituerat Domino satisfacere, diabolo per
 aliam penitentiam penitentiam satisfaciet, eritqz tanto
 magis perditus Deo, quanto amulo eius acceptus, sed dicitur
 quidam: satis Deum habere, si corde et animo suscipiatur,

licet actu minus fiat: itaq; se falso metu ac fide peccare
hoc est, falsa castitate, matrimonia violare: falsa pietate
parenti venenum temperare, sic ergo et ipsi falsa venia,
in gehennam detruentur: dum falso metu peccant, primum
exemplum pervertitatis, quia timent, delinquant: opi-
nor, non delinquerent, si non timerent, igitur qui Deum
nolit offendere, nec reseretur omnino, si timor offendendi
patrocinium est, sed ista ingenia de semine hypocrisis
pullulare consueverunt, quorum individua cum diabolo
amicitia est, quorum penitentia nunquam fidelis, quic-
quid ergo medicata, nostra ad penitentiam senel
casu tendam, et perpetuo continendam suggerere cora-
ta est, omnes quidem deditos Domino spectat, ut omnis
salutis in promerendo Deo petitores: sed praecipue, no-
vitiolis istis imminet, qui, cum maxime incipiunt Divi-
nis sermonibus aures rigare, quibus cabuli infantie ad-
huc recentis, nec perfectis lumbis, incerta reptant, et
dicunt quidem pristinis renuntiare, et penitentiam
aspiciunt, sed includere eam negligunt, interpellationem
illos ad desiderandum ex pristinis aliquid, ipse finis de-
siderandi: velut poma, tum iam in acorem, vel amaritu-
dinem senescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc
ipsi gratia sua adulantur, omne praeterea cunctationis
et tergiversationis ergo penitentiam vitium, praesumptio
infrinctionis importat, certi enim indubitata venia delic-
torum, medium tempus interim furantur, et commentum
sibi faciunt delinquendi, quam eruditiores non delin-
quendi, quam porro ineptum, quam iniquum peniten-
tiam non adimplere, et veniam delictorum sustinere:
hoc est, pretium non exhibere, ad mercedem manum
emittere. hoc enim pretio Dominus veniam addicere
instituit: hac penitentia compensatione redimendam
proponit impunitatem, si ergo qui venditant, prius
nummum quo paciscuntur, examinant, ne scalptus, neve-
ratus, ne adulter: etiam Dominum credimus, peniten-
tia probationem prius inire, tantam nobis mercedem
perennis scilicet vite, concessurum, sed differamus tan-
tipper penitentia veritatem. . . .

Tunc opinor emendatos liquebit, cum absolvimur:
nullo pacto, sed cum pendente venia, parva propitius:
cum ad huc liberari non mereamur, ut possimus mereri:
cum Deus comminatur, non cum ignoscit, quis enim
seruus, posteaquam libertate mutatus est, facta sua et
fuga, sibi imputat? quis miles, postquam castris suis
emissus, pro nobis suis sagittis? peccator ante veniam.

Deslere se debet quia tempus penitentia idem quod peri-
 culi et timoris. Neq; ego tenus, Divinum beneficium, id est
 abolitionem delictorum, in hauris aquam omnimodo falsam
 esse, sed ut eo pervenire contingat elaborandum est, quis
 enim tibi tam infida penitentia viro asperitatem unam
 cuiuslibet aqua commo dabit? furto quidem aggredi, et
 proponitur huius rei a perseverationibus tuis circumduci
 facile est, sed Deus thesauro suo providet, nec sinit obre-
 pte indignos. quid deniq; ait: nihil occultum quod non
 revelabitur: quantas enim tenebras factis tuis superstru-
 xeris, Deus lumen est. quidam autem se opinantur: quasi
 Deus necesse habeat prestare etiam indignis, quod spondit
 et liberalitatem eius faciunt servitutem. quod si necesse sitate
 nobis, symbolum mortis indulget, ergo invisus facit. quis enim
 permittit, per manus, id quod tribuerit idcirco? non enim
 multi postea excidant? non à multis domus illud auferitur?
 Hi sunt scilicet qui obrepunt, qui penitentia fidem aggressi,
 super arenas domum vitieram collocant.

Nemo ergo sibi aduletur, quia inter Auditorum hro-
 cinia desubatur, quasi eo etiam tunc sibi delinquere liceat.
 Dominum simul cognoveris, timeas, simul in peccatis, reve-
 rearis. Ceterum quid te cognoscere intencit, cum ipdem
 incubas, quibus recte ignarus? quid autem te à perfecto
 Dei servo separat? an alius est intinctus seu baptizatus
 christus, alius audientibus? num spes alia? vel merces?
 alia formido iudicii, alia necessitas penitentia? Lavacrum
 illud ob signatio est fidei, qua fides à penitentia fide
 incipitur, et commendatur. Non idcirco abluimus, ut delin-
 quere desinamus, sed quia desymus: quoniam iam corde
 loti sumus. Hac enim prima audientis intinctio est,
 metus integer, eandem quoad Dominum senseris, fides
 sana, conscientia semel penitentiam amplexata: Ce-
 terrum si ab aquis peccare desistimus, necessitate non
 sponte innocentiam induimus. quis ergo in bonitate pra-
 cellens, cui non licet, an cui displicet malo esse? qui iur-
 betur, an qui delectatur à crimine vacare? ergo nec
 à furto manus avertamus, nisi claustrorum disciplina re-
 pugnet, nec oculos à stupri concupiscentiis, respicimus,
 nisi à custodibus corporum obstructi, si nemo Domino-
 deditus delinquet desinet nisi baptismatione et in-
 tinctione alligatus. quod si tunc, senserit, ne pio an
 intinctus magis contrahetur, quod peccare desierit, quam
 lateatur quod evaserit. itaq; Auditoris, optare intinc-
 tionem non presumere oportet, qui enim optat, honorat,
 qui praesumit, superbit, in illa verecundia, in isto pehulantia
 apparet, ille satagit, hic negligit, ille mereri cupit, at hic ut

debitum sibi re promittit. ille sibi hic invadit. quem cetera
digniore, nisi emendatorem? quem emendatorem, nisi
timidorem, et idcirco veram penitentiam fundum? timuit enim
ad hoc delinquere, ne non mereretur accipere. at ille pro-
sumptor, cum sibi re promitteret, securus scilicet, timere non
potuit: sic ne penitentiam implevit, quia instrumentis peni-
tentiae, id est metu caruit. presumptio inverecundia portio
est: inflat peccatorem, despiciat datorem: itaque despiciat non-
nunquam, ante enim quam debeat, re promittit, quosum-
peris qui est prestaturus, offenditur. Hucusque Christus
Domine, de penitentiae disciplina servis tuis dicere vel au-
dita contingat, quousque etiam delinquere non oportet audien-
tibus: vel nihil iam de penitentia noverint, nihil eius re-
quirant.

Piget secundo, imò iam ultima spei subtexere men-
tionem: ne retractantes de residuo auxilio penitendi spa-
tium adhuc delinquendi demonstrare videamus. absit ut
aliquis ita intorquetur, quasi eo sibi etiam nunc pateat
ad delinquendum, quia patet ad penitendum: et redien-
dantia clementia caloribus, libidinem faciat humana ter-
meritatis. Nemo idcirco deterior fit, quia Deus melior est,
toties delinquendo, quoties ignoscitur. Ceterum finem
utique evadendi habebit, cum offendendi non habebit.
Erasimus semel, hactenus periculosus nosmetipso, inpera-
mus, et si iterum evasuri videmur. plerique naufragio
liberati, exinde repudium et navis et mari dicunt, et Dei
beneficium, salutem suam scilicet, memoria periculi ho-
norant. Laudo timorem, diligo verecundiam: nolunt
iterum divina misericordia oneri esse: formidant videri
inculcare, quod consecuti sunt. bona certe sollicitudine
iterum expediti vitant, quod semel didicerunt timere:
ita modus temeritatis, festinus est timoris. Timor autem
hominis, Dei honor est. sed enim perveracissimus hostis
ille, nunquam malitia sua otium facit. atquin tunc
maxime pavit, dum hominem plene sentit liberatum:
tunc plurimum accenditur, dum extinguitur. Doleat et
ingemiscat necepe est, venia peccatorum permisa, totia
homine mortis opera diruta, tot fideles damnationis
retho sua erasti. Doleat, quod ipsum et angelos eius
Christus servus ille peccator iudicaturus est. itaque obser-
vat, appugnat, obfidet: si qua possit aut oculos concupis-
centia carnali ferire, aut animum illecebris secularibus
irretire, aut fidem herena potestatis formidine ever-
tere: aut à via certa perveris traditionibus detorque-
re: non scandalis, non tentationibus deficit. Haec igitur
venia eius providens Deus, clausa lidet ignoscantia.

ianua, et intinctionis sera obstructa, aliquid adhuc permittit
 patere. Collocavit in vestibulo penitentiam secundam,
 que pulsantibus patefaciat. Sed iam semel, quia iam se-
 cundo, sed amplius nunquam quia proximi frustra. Non
 enim et hoc semel satis est? habes quod iam merebaris: ami-
 sisti enim quod acceperas. Si tibi indulgentia Domini acco-
 modat unde restituas quod amiseras, iterato beneficio gratus
 esto, nedum ampliato: majus est enim restituere, quam
 dare: quoniam miserius est perdidisse quam omnino non
 accepisse. Verum non statim succidendus ac subruendus
 est animus desperatione, si secunda quis penitentia de-
 bitor fuerit: pigeat sane peccare rursus, sed rursus pa-
 nitere non pigeat: pigeat iterum periclitari, sed non
 iterum liberari. neminem pudeat: iterata valetudinis,
 iteranda medicina est. gratus in Dominum cecideris, si
 quod tibi Dominus offert, non recusaveris. offendisti, sed
 reconciliari adhuc potes: habes cui satisfacias, et quidem
 volentem: id si debitor, evolve qua spiritus Ecclesie, di-
 cat, de Jertham dilectionem Epheſis, imputat: stuprum et
 idolothorum esum Thyatrentis exprobrat: sardos non
 plenorum operum inculcat: pergamentis docentes perverſo
 reprehendit: Laodiceos fidentes divitiis, oburgat: et tamen
 omnes ad penitentiam commonet, sub comminationibus
 quidem. Non comminaretur autem non penitenti, si non
 ignosceret penitenti. Subium, si non et alibi hanc clemen-
 tia sua professionem demonstraret. non ait qui ceciderit
 resurgat, et qui a seſſatus fuerit, convertetur? ille est sci-
 licet, ille est, qui misericordiam navat quam sacrificium.
 Latantur celi, et qui illic angeli, penitentia hominis.
 Hec tu peccator bono animo sis, videbis ubi de tuo redi-
 tu gaudeatur.

Quid illa similitudinem Dominicarum argumenta
 nobis volunt? quod mulier drachmam perdidit, et re-
 quirat, et reperit, et amicas ad gaudium invitat: nonne
 restituti peccatoris exemplum est? errat et una pastoris
 ovicula, sed grex una charior non erat: una illa conquis-
 ritur, una pro omnibus desideratur, et tandem invenitur,
 et humeris pastoris ipsius reſertur: multum enim errando
 laboraverat. Illum etiam imitipimum patrem non ta-
 cebo, qui prodigum filium resocia, et post inopiam pa-
 nitentem libens suscipit, immolat vitulum praecipuum,
 convivio gaudium suum exornat. quidni? filium enim
 invenerat quem amiserat, chariorem senserat quem
 lucrifecerat. quis ille nobis intelligendus pater? Deus
 scilicet. tam pater nemo: tam pius nemo. si ergo te
 filium suum, et si acceptum ab eo prodegeris, et si medus

redieris, recipiet, quia redisti: magis de regre puto, quam
de alterius sobrietate latabitur. sed si paniteat ea animo,
si famem suam cum satietate mercenariorum paternorum
comparat, si porcos immundum re linguas pecuniae patre
repetas vel ofentum: Deliqui, dicit, pater, nec dignus
ego iam vocari tuus. Tamen relevat confessio delictorum
quantum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfac-
tionis confitium est, dissimulatio contumacia. Huius igitur
panitentia secunda et unius, quanto in arcto negotium
est, tanto operosior probatio est, ut non sola conscientia
preferatur, sed aliquo etiam actu administratur. Et
actus qui magis græco vocabulo exprimitur, et frequen-
tatur, exomologesis est, quæ delictum nostrum Domino
confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satis-
factio confessione disponitur, confessione panitentia
nascentur, panitentia Deus mitigatur. Itaque exomologesis
prosteruendi, et humiliandi hominis disciplina est,
conversacionem injungens misericordia illi, de
ipso quoque habitu atque vultu mandata, sacco et cineri-
bus deicere, illa quæ peccavit tristi tractatione mu-
tare: castam, partem et potum pura non esse, non
ventris scilicet, sed animæ causa: plerumque vero jejunijs
preces alere, ingemiscere, lacrymari, et clamare die nocteque
ad Dominum Deum suum, presbyteris ad solvi, et charis
Dei ad geniculari, omnibus fratribus legationes deprecato-
nis sue injungere. Hac omnia exomologesis, ut paniten-
tiam commendat, et de periculi timore Dominum ho-
nores, ut in peccatorem ipsa pronuntians pro Dei in-
dignatione fungatur, et temporali afflictione æterna
supplicia non dicam frustratur, sed expungat. cum
igitur provolvit hominem, magis relevat: cum squalidum
facit, magis mundatum reddit: cum accusat, excusat:
cum condemnat, absolvit. In quantum non pepercit
sibi, in tantum sibi Deus, crede, precebat. Plerumque tamen
hoc opus, ut publicationem sui aut suffugere, aut
de die in diem differere, presumo, pudoris magis memores,
quam salutis: velut illi, qui in partibus verecundioribus
corporis contracta veactione, conscientiam medentium
vitant, et ita cum erubescencia sua pereunt.

Intolerandum scilicet pudori, Domino offenso satis-
facere, salutis pro ducta reformari. Ne tunc verecundia
bonum ad delinquendum expandens frontem, ad depre-
candum vero subducens. Ego ruboris locum non facio,
cum plus de detrimento eius acquirō, cum ipse homine
quodammodo exhortatur, ne me respiciat dicens pro
te mihi melius est perire. Certè periculum eius a

fene, si forte onerosum est, cum penes insultaturos in rivi:
 loquor confertis, ubi de alterius ruina alter altolitur, ubi
 prostrato supercenditur. Caterum inter fratres atque
 confertos, ubi communio spei metus, gaudium, dolor, passio
 Equia communis spiritus de communi Domino et patre
 quid tu hoc aliud quam te opinaris? quid confertes casuum
 tuorum, et plures fugis? non potest corpus de unius
 membri vexatione latum agere: condoleat univesum, et ad
 remedium collaboret necesse est. fruno et altero ecclesia
 est, ecclesia vero christus. ergo cum te ad featum genua
 protendis, christum contractas, christum exoras. Equè illi
 cum super te lacrymas agunt, christus patitur, christus
 patrem deprecatur. facile impetratur semper, quod filius
 postulat. grande plane emblema verecundia, occulta-
 tio delicti pollicetur: videlicet, si quid humana notitia
 subduxerimus, provida et Deum celabimus. adone exanti-
 matio hominum et Dei conscientia comparantur? an ma-
 lius est damnatum latere, quam palam absolvi? miseru
 est sic ad exomologesin pervenire. malo enim ad miseri-
 riam pervenitur: sed ubi pariterendum est, desinit miseru,
 quia factum est salutare. miserum est secari, et cauterio
 exuri, et pulveris alicuius mordacitate cruciari: tamen
 quae per insuavitatem medentur, ea et emolumento
 curationis offensam sui excusant, et presentem injuriam
 superventura utilitatis gratia commendant. quid si
 praeter pudorem, quem potiores putant, etiam in-
 commoda corporis resolvident, quod illos, quod
 sordulentos, quod extra latitiam oportet deorsum
 in asperitudine sacci, et horrore cineris, et oris de fe-
 iunio vanitate? num ergo in Coecino, et Tyrio pro delictis
 supplicare nos concedet? cedo acum crinibus distin-
 guendis, et pulverem dentibus eliminandis, et si sulcum
 aliquid fieri vel aris unguibus repartinandis: si quid
 fieri nitentis, si quid coacti ruboris, in labia aut genas
 urgeat. praeterea exquirito balnea latiora hortulani
 maritimae seepit: adjectis ad sumptum: conquirito
 altilium enoronem, saginam, defecato feneculum
 vini, cumque qui interogabit, cuinam ea laegiaris? De-
 liqui dicitis in Deum, et periclitor in aeternum perire:
 itaque aures pendes, et macecor et excrucior, ut Deum
 reconciliem mihi, quem delinquendo laesi. sed enim
 illos qui ambitus obeunt capependi magistratus,
 neque pudet, neque piget incommodis animae et corporis,
 nec incommodis tantum, secum et contumelias, omnibus
 eriti in causa votorum suorum. quas non ignobili-
 tates vestrum affectant? quae non atria nocturnis, et
 crudis solubationibus occupant? a omnem occursum
 majoris cuiusque persona decrepente, nullis condidit

celebres, nullis comensationibus congreget, sed exules à liber-
tatis, et laetitia felicitate: idq; totum propter unius anni-
volaticum gaudium. Nos quod securium virgarumve pe-
nitio sustinet, in periculo aternitatis tolerare dubitamus?
Et castigationem vichis atq; cultus offensa Domino prestare
cesabimus, quae gentiles hemine omnino lapsi sibi irrogant?
Hi sunt de quibus scriptura commemorat. scilicet illis qui de-
licta sua velut proceho fure nequent, si de exomologesi
retractus, gehennam in corde considera, quam tibi exomo-
logesi extinguet: et pona prius magnitudinem imaginare,
ut de remedij adestatione non dubites. quid illum thesau-
rum ignis aterni estimamus, quem lunariola quadam
eius tales flammaram ictus succident, ut proxima rabe
aut iam nulla erant, aut idem sibi de die sperent?
Dispiliunt superbiissimi montes dignis intrinsicis festu,
et quod nobis iudicij perperuitatem probat, cum dispi-
liant, cum desorentur, nunquam tamen finiuntur, quis
haec supplicia interim mortuum, non iudicij minantis
exemplaria reputabit? quis scintillas tales non magni-
alicius, et inestimabilis foci missilia quadam, et exer-
citoria jacula consentiet? figitur cum scias ad verum
gehennam, post prima illa intinctionis Dominica mu-
nimenta, esse adhuc in exomologesi secunda subsidia
cui salutem tuam deseris? cur ceptas aggredi, quod scias
mederi tibi? multa quidem anima et irrationalis mi-
dicinar, sibi divinitus attributas in tempore agnoscent.
Cervus sagittâ transfixus, ut ferrum et irrevocabiles
moras eius de vulnere expellat, scit sibi dicamno me-
dendum. Hirundo si caecati pulli, novit illos oculare
rursus de sua chelidonia. peccator restituendo sibi in-
stitutam à Domino exomologesi sciens, praeteribit
illam, quae Babylonium Regem in regna restituit? Divi
enim penitentiam Domino immolabat, septenni qual-
lore exomologesi operatus, unguinum agrulinum in-
morem eferatione, et capilli incuria horrorem leoninâ
preferente. pro malam tractationem! quem homi-
nes perhorrebant, Deus recipiebat. Contra autem Egp-
tius Imperator, qui populum Dei aliquando afflictu.
Divi Domino suo denegatum persecutus, in praelium
irruit, post hoc documenta plagarum, discidio maris,
quod soli populo pervium licebat, cesolutis fluctibus
perit. penitentiam enim, et ministerium eius exomo-
logesi abiecerat. quid ego ultra de istis duabus huma-
na salutis planis, stili potius negotium quam officium
conscientia mea curam? peccator enim omnium nostrum
cum sim, nec ulli rei nisi penitentiae natus, non facile
possum super illa tacere, quam ipse quoq; et virgini,

humana, et offensa in Dominum princeps Adam, ex uno:
loq[ue]si restitutus in paradysum suum, non facit.

Documentum 2.

Provida mente et profundo cogitatu cognosci
debet Invenire distincta negotia: id est quantum
distat inter bonum et malum: nec aliunde haec cognitio
quam a primordio respicienda est. quid aliud est malum,
quam peccatum committere? quid est bonum, quam age-
re penitentiam pro commisso? haec est discretis utriusque
negotii. sed ut in paradiso peccatum suavit. Etiam
penitentia necligit et inde boni malive origo. quis
Deo dignior quam David? et tamen deliquit quia ceci-
dit de culmine, si non fuisset compunctus. quis
selecatior Manasse? et hunc penitentia resocavit.
penituit Deum quod Saulum regem elegerit: quam ob-
rem? nisi quid idem penitentiam ignoravit. quis sa-
pientior Salomone? sed nequam penitentiam perdi-
dit gratiam. Et ob hoc dicitur: concepit dolorem, et
peperit iniquitatem. concepit peccator delicti Dolorem, ps. 7.
et si non penituerit, parit sibi mortem. par vultus
antequam prodeat ex utero, dolor est matri: postquam
vero editus fuerit, venit ei gaudium. peccatum vero
conceptum coluber est in praecordijs hominis parit
mortem, nisi fuerit penituntine captivatum. peccati
conceptio serpens est in praecordijs latens consum-
matum venenum spirat, et lethiferum generat
morbum. qui peccatum parit, in iudicium cadit:
et si neglexerit, in ipso manebit. Natum suum ma-
licie Libenter pro lactat, natum vero peccatum fa-
cit exitium nutriendi. peccati vero pater et mater
est venter incontinent et libido, cupiturg Ducitur
in utraq[ue] prodigus et profusus. peccati virtus con-
fusa abrebat et castigandi secleritatis seminarium.
Delicti lex est cupiditatis in membris: et cor impa-
nitens capiebat ab ea. commissum crimen dulce est
ad momentum, sed vertitur protinus in exitium. fa-
merarius et audax festinus cecidit in crimen, decli-
nat autem ab eo providus propitendo. nam sicut
aqua ignem extinguit ardentem, sic penitentia
diluit crimina fontibus lacrymarum. sicut in tene-
bris non est absq[ue] lucerna Lumen, sic non potest
homo peccatum sine penitentia abluere. Hoc de

Gen. 3.

homine iam baptizato dicitur. Item lector intelligat mar-
tyrium penitentia preteriti non exere. Et sicut lux diei
non fuerit lucernam: sic iustitia ante Deum sine peni-
tentia luceat. pondus peccati depressit desperantem, pro-
vidus aut penitentis levius perit. presumptivo spiritu
subintrat peccatum, et multiformis calidus. Discurrit
in homines: sapiens autem non illi dat locum gradijendi.
In corde sigi ut cereus ardet peccatum, nam in pectore
penitentis liquefit ut cera. peccati princeps factus est
aspis. In Adam subintravit eius solus, et fecit eum
intra ligna paradisi latere confusum: vocavit illum
Deus non matutina sed vespertina voce dicens: Adam
ubi es? Et quid ille? vocem tuam audivi, et timui, quia
nudus sum, et abscondi me. Timui: quare? quia peccavi:
abscondi me: quare? quia nudus sum et erubui. quia
ergo expulsus est pater per peccatum, revocantur filii
per penitentiam. nam quod peccatum clausit, peni-
tentia referavit: et de quo ira incipitavit, pietas re-
vocavit. qui non penitet mudo, nullus manebit in umbra
mortis: qui vero timet Deum, per penitentiam illustratur.

O penitentia, qua peccatum miserante Deo re-
mittis, et paradysum referas: qua contritum sanas homi-
nem, et tristem exultas: vitam de interitu restocas,
statum restauras: honorem revocas, fiduciam das: et
reformas vires, gratiamque abundantioram refundis. Ope-
nitentia, quid de te novi referam? omnia ligata tu
solvis, omnia soluta referas, omnia adversa tu miti-
gas: omnia contrita tu sanas: omnia confusa tu lucidas,
omnia desperata tu animas. O penitentia utilantior
auro, splendorior sole, quam non vincit peccatum, nec
defectio superat, nec desperatio delet. penitentia
respuat avaritiam, horret luxuriam, fugit furorem,
frenat amorem, calcas superbiam, linguam continet,
componit mores, odit malitiam, excludit invidiam. per-
fecta penitentia cogit peccatorem omnia libenter
sufferre: si violentus quereat, que habet non velat: si
vertem dirimat, non refragatur, percutienti maxillam
præbet alteram: iam angariatur ultro adjuvit, castiga-
tus gratias agit, provocatus tacet, exasperatus blandi-
tur. Superiori supplex est, inferiori subjacet: in corde
eius confitio est, in ore eius confessio, in opere tota
humilitas. Hæc est perfecta, et fructifera penitudo.
Sic penitenti præsto est Deus, esurienti nutritor, sitien-
ti potator, sapienti quod stultum putatur, sapit:
quod triste est, placet: quod molle est, displicet: quod

fluxum est, horret. O penitentia misericordia mater, et
 magistra virtutum, magna opera tua quibus reos resolu-
 ac reficis delinquentes, lassos relevas, recreas desperatos.
 per te nobis Christus regnum caelorum appropriatum *Matth. 4.*
 designat. Dicens: penitentiam agite, appropinquavit enim *ibid. 3.*
 regnum caelorum: ita et Baptista clamabat: facite fructus
 dignos penitentiae, quoniam ecce adest regnum Dei. per te
 subito rapuit thronum Christus ad regnum: per te Da-
 vid post flagitium felix iterum recepit spiritum sanctum:
 per te Manases post cruenta facinora ecce meruit fieri
 acceptabilis: per te petrus Apostolo, postquam ter nega-
 vit, data est indulgentia de caetera: per te filius prodigus
 regressus ad patrem, non solum amplexum osculumque
 paternum, sed etiam epulum vituli saginati, vestemque
 insignem promeruit adipisci: per te mulier fornicaria
 ulcera stillavit lacrymas, fontemque sui baptismi protinus
 lavit pedes Christi, crinesque detexit: per te Ninive civi-
 tas magna, populusque integer barbarorum subito Deum fa-
 mit, virtutem tuam sensit, odorem tuum accepit, saporem
 tuum stinxit, dulcedinem tuam gustavit, cibium contra-
 xit, cinerem tuum comedit, jejunium tuum protraxit, lac-
 rymas tuas propulit, gemitum tuum suspiriumque persequit,
 fructusque ubertatis tuae abundanter exhibuit, et sic per opera
 tua non solum decreta mortis discrimen evasit, sed etiam
 vitam incognitam coronam accepit. Cuius similitudini peni-
 tentiam comparemus? sic est quomodo ager fructifer, aut
 vinea facunda, aut etiam arbor fructifera, fructus eius
 peccator famelicus edit, proficit in fiducia Dei, acceptusque
 remissione pinguescit in vita, et haec sunt verba eius: Do-
 mine ante te omne desiderium meum, et gemitus cordis *ps. 37.*
 mei non est absconditus à te, clamorem meum suspiriumque
 intellige, pavor peccati sollicitat me, pondus conscientiae
 meae deprimat me, non est mihi spes vivendi, neque fiducia
 moriendi, iudicium tuum Deus vereor, et penes timeo
 preparatus impij. Audi me obsecro, modo dum tempus
 est: remitte quod timeo, dele quod vereor, priusquam
 abeam, et amplius non ero. Tali animo penitentem remissio
 datur, et vita donatur, nec regnum decedit à Domino tri-
 buendum. quid ergo times penitentiam, o homo, sine qua
 non est vivere, nec Deo placere? clamat jeremias com-
 punctus pro populo: quis dabit capiti meo aquam, et *Jer. 9.*
 oculis meis fontes lacrymarum, et flebo videra populi
 mei? sciebat enim quod lacryma iuvaret populum
 transmigrationem, sciebat quod Deus contritionem quaerit,

et fletibus flectitur: sciebat quod Deus lugentes latificat, et
penitentibus parato est. Ad dei prophetandi locum quarebat
remotum, ut usque ad vallonem perlingeret lacrymarum, quam
Deus amat, quoniam Christus amplectitur. Vallis est remotis
fletibus discreta, qua dicitur Josaphat, in qua iudex coe-
lestis populos discutit, et omnes gentes examinat: Disposuit
in convalle fletus, est enim vallis haec propter iudicium
quidem metuenda, sed propter penitentiam exoptanda,
publica enim et secreta est: publica est ad futuri iudicii
penam, et secreta est propter salubres penitentiae lacrymas.

Magnus profectus est lacrymarum, ut plorando se-
vus propitius Dominum, filius lacrymis mitiget patrem,
et asperam matrem plorans parvulus mulceat. Ita
ergo et peccator profusis fletibus renovet iram Dei
reformatus in ipso. currit videre Timotheum paulus
propter fletum: Desidero, inquit, videre te, memor lac-
rymarum tuarum, et David dicit: Venite adoremus, et
ploremus coram Domino, qui fecit nos; et iterum: fuerunt
mihi lacrymae meae panes die ac nocte: et potum meum cum
fletu miscbam, stratumque meum per singulas noctes cum
lacrymis rigabam: et iterum: Deus vitam meam annuntiavit
tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, tanquam si
diceret: suscipe Domine lacrymas meas, quoniam lacrymae
sunt, quae cadunt vulnera, et sanant vulnera: lacrymae sunt
quae penitentiam armant, et indulgentiam prodicant: lac-
rymae sunt, quae calorem pulsantes, crimina delent, et con-
scientiam degravant. Sonant in ore penitentiae verba,
et movent in pectore pietatis veniam. Et impletur caput
aqua, tumescunt oculi, rigantur gena, decurrunt rivuli,
et Deus indulgentia mentem exultat. Lacrymae sunt,
quae reconciliant Deo, a peccatis redimunt animam,
et sanant languores eius. Sordentem animam vestem lac-
rymae lavant, et dant illi remissionis candorem, nam
sicut aucupus avium, aut visco, aut reti in grano aliquo
captum tenet papaverem, et manu sua subtilissimo fu-
niculo ligatum retinet, et quasi dimittens lacum de
manu sua, dant ei liberam volandi potestatem: at ille
avidus ad volandum, evapungit se putans, alacer altio-
ra appetit: sed iste summum funiculum tenens, re-
stringit eum, cum volaverit, et ad se trahit a spe volan-
di, et vivendi deceptum: ita et diabolus verubus venator
et per spiritum presumptionis laqueos suos deceptum im-
plicat hominem: qui semel haeserit, vult quidem ab eo
evelli, sed vinculum velox venator tenens, revocat

2. Tim. i.

ps. 94.
ib. 55.

captum semel in laqueo, et revolutionem premit. Aquidem
vinculum ipsum fluxum est, ac facile potest disrumpi:
sed Desidia nostra, et dilatio diuturna, facit ut robustum
fiat. Non cito rumpatur. quicquid enim durum, aut rigidum
obicit, vigilantia vincitur, et penitentia propugnat, ora-
tionibus molitur, fletibusq; resolvitur. nam ubi prosump-
tionis spiritus imperat, ibi exclusa penitentia, sola pec-
cati arbor fructibus suis exuberat. Et haec est arbor, in qua
deceptus protoplastus in mortem defluxit. sed restat
lignum vite in paradiso Dei repositum, quod nunc per
penitentiam recipit homo. O homo recurre ad arborem
vite. quid tardas manducare fructus eius, ut maneat in
aeternum? quid times penitentiam? nihil tam durum, quod
non deleat, nunc eum gustaveris, tunc per sentis quoniam
suavis est, et odor eius in naribus, et sapor in faucibus. peni-
tentia sapor est ieiunium pro peccato. quando per feictam
verè arripueris abstinentionem, et comsellentis gastimargio
cupiditatem superas continendo, penitudo est. quando per
suadentis gula libidinem vino potando vincis, et iam eo
quam parissime uberis, penitudo est. quando te somnus pre-
mit, et vincis eum, et vigilas propter Deum, penitentia est.
quando e purienti saneras, pretium vite est vestire nudum,
pasce peregrinam, et cum indigentibus mensa habere con-
fortium. scriptum est enim: quoniam elemosyna à morte
liberat, si non habet huius vite rationis meritum: quia
elemosyna cum iniquitate acquisita, abominatio est coram
Deo. si oraveris, et ieiunaveris, et elemosynam iuste feceris,
complesti pretium, redemisti peccata tua, remissa sunt
crimina, reparata est vita tua. Duo vera minuta mulier
vidua misit in arcam Dei, et malata est opulenti. Et quid
de duobus minutis dico, quando calix aqua frigida potectus
non vacat à pretio vite. Ergo non exsavescas penitentia,
sed esto in processu eius promptior, in opere paratior, in
amore propensior. Non fuge, Lingulam confine, mores.
compone, vitia vince, virtutem dilige, sanitatem sequere,
promissa male loquentium damna, et plena est penitentia
tua, atq; perfecta, et consequetur indulgentiam: praeston-
te ipso Domino nostro Iesu christo.

Documentum 3.

Obsecro, flagito, supplico, ut hic peccata nostra
deploramus, et lugeamus, doleamus ob peccata nostra,
nec erit, quod illic timeat: mordeant nos hic verba, et
non lanceinabit nos illic vermis venenosus: urat nos hic
increpatio, et non uret nos illic gehenna ignis. Consecta-
neum erit, ut quid hic lugent, illic consolationem accipiant.
qui verò hic ridet, et delitiantur, et in peccatis jacent, ne-
cepe omnino ut illic videant lugentes et plorantes, et dentibus

scendentes. Non meus hic sermo est, sed eius qui iudicaturus
 est nos. beati, inquit, lugentis, quam ipsi consolationem acci-
 Luc. 6. pient. va vobis, qui ridetis, quoniam plorabitis. quanto nunc
 melius temporalem compunctionem, et breuem luctum mu-
 tate bonis, et voluptatibus finem non habeatibus, quam post
 breuem et momentaneam vitam hic ridentes adire illuc per-
 petuo puniendos? sed confunderi, et erubesci peccata tua
 efari. atqui oportebat maxime apud homines ea dicere, et
 involgare: confusio enim est peccare, non est confusio confite-
 teri peccata. Nunc autem neque necessarium presentibus
 testibus confiteri: cogitatione fiat delictorum exquisitio, atque
 teste sit hoc iudicium. solus te Deus confitentem videat.
 Deus qui non exprobrat peccata tua, sed solvit peccata
 propter confusionem. Nunquid et sic gravari, et retrocedis?
 Verum et ego scio, quod conscientia non sustineat sua delicta.
 Nam si veniamus solum in memoriam delictorum nostrorum
 sicut pullus equi indomitus, et inspernis, insolentiam, sed
 coërce, reprobata, demulce manu, cicura te ipsum per suam
 habe, quod nisi quis nunc confiteatur, omnino illic confi-
 tebitur ubi maior pena, ubi amplior traductio. Sic atque
 teste iudicium, et tu qui peccasti condemnas: illic autem
 in medium totius orbis theatrum producentur omnia, nisi
 prius hic detegamus ea. Confunderis confiteri peccata, con-
 fundaris admittendo. nos autem quando ea agimus, frequen-
 ter et impudenter audemus: quando autem confiteri oportet,
 tunc confundimur et gravamur. oportebat cum alac-
 ritate hac facere. Non enim confusio accusare sua pec-
 cata, sed iustitia et virtus. Nam si non esset virtus, non
 illi mercedem perciperet Deus: habet enim mercedem con-
 fessio. audi quid dicit: dic tu prior peccata tua, ut iusti-
 ficeris. qui confunditur de opere, a quo fit iustus, quis
 confunditur, confiteri peccata ut solvat peccata? num
 propter hoc iubet confiteri te ut puniat? non ut puniat,
 sed ut ignoscat. Nam in externis iudiciis post confessionem
 pena, sed circa et psalter istuc ipsum suspicam, ne quis
 veritus panam post confessionem neget peccata, dicit:
 ps. iiij. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saecula
 misericordia eius. Num ignorat peccata tua Deus, si tu
 non confitearis? quoniam utilis tua, etiam si non con-
 fitearis? Num potes latere Deum? etiam si non dicas illa
 ipse novit: si autem tu dicis, ille obliviscitur. Ecce, ego
 ps. 43. sum Deus, qui deleo iniquitates tuas, et nunquam memorabo.
 Videri? ego nunquam memorabo, inquit: hoc misericordia
 fuerit, tu autem memor esto, ut emendationis capias
 argumentum. Haec ut audivit paulus quod Deus pecca-
 torum non sit memor, ipse continuo memor fuit, sic dicens:
 i. Cor. is. Non sum dignus, qui vocer Apostolus, quoniam persecutus
 sum ecclesiam. Et, christus Jesus venit in mundum, ut

Salvet peccatores, quorum ego sum primus. condonata fuerant peccata à Deo, sed memoria peccatorum condonatorum non evanuit apud Paulum. Et ea, quae Dominus de levis, ille ipse indulgavit. audiverat enim prophetam Iff. 43. Dicentem, ego non memorabor: tu autem memor esto. Iff. 43. Deus vas benedictionis eum vocabat, et ipse primum Actor. 9. se peccatorum vocat, non oblitus peccatorum sibi condonatorum: cogita quomodo beneficiorum Dei memor fuerit. A quid dico, quod non confundit peccatorum memoria? non ita claros nos reddit bonorum operum memoria, sicut memoria peccatorum: imò nos bonorum operum memoria non solum claros non facit, quasi ea virtute naturali meriti aeterni capaces, sed et confusione replet, et condemnabiles in indigno modo efficit. peccatorum autem memoria implet nos fiducia, iustitiarumque multam. quis hoc dicit? pharisaeus et publicanus. nam hic dicitis peccatis, redit doctum justificatus: ille autem dicitis bonis operibus ut ex sua propria virtute actus, descendit factus publicano inferior. Vides quantum damnus sit, meminisse operum desperata Dei gratia, quanta utilitas non oblivisci peccatorum? Et valde merito: nam qui bona opera ex vanitate commemorat, arrogans efficitur, hominesque alios contemnit, id quod et pharisaeus accidit. Non enim in tantam arrogantiam venisset, si non dixisset, ut ceteri homines, si non commemorasset ieiunia sua et decimas. peccatorum autem memoria mentem humiliat, et humiliter sapere facit, et per humilitatem conciliat ei gratiam Dei. Audi saltem, quomodo christus praecipit nos oblivioni tradere dicit. Bona opera ex gloriatione? quando haec omnia feceritis, dicite quoniam inutiles servi sumus. Ego te non facio inutilem: tu autem si confesus fueris inutilitatem tuam, ego te illustrem faciam et coronabo. Vides per quot nobis demonstratum est, quantum lucri nobis ex peccatorum accersat memoria? Et è diverso quoque para quidem nobis à peccatorum oblivione: utilitas autem, si bonorum operum nostrorum obliviscamur.

Vis et aliunde discere, quod maximum bonum opus sit meminisse peccatorum? audi beatum Job: sicut enim de alijs gloriabatur ita et de confessione peccatorum sic dicitur: si autem et peccanti sponte Job. 31. Declinabam multitudinem populi mei, ut ne annuntiaarem peccata mea; quod autem dicit, hunc sensu habet: nunquam me societas confessorum ad pudorem duxit. quae enim utilitas ex ignorantia hominum, si iudex, sciat omnia? quod autem

Dammum, si homines sciant delicta, quando ille absolue-
runt a pena, licet omnes condemnent, iudex tamen liberum
pronuntiet? Nulla mihi ratio est calculi illorum: et homines
absolvant, et admirentur, ille autem me condemnet nulla
etiam mihi ex illorum iudicio utilitas. ubi enim ad illum
spectare oportet, et idem facere in peccatis, quod in pe-
cuniarum sumptibus. Statim cum surreximus à lecto, prius
quam nos conseramus in forum, vel priusquam aggrediar-
mur opus aliquod, vel privatum, vel publicum, vocato
ministro rationem sumptuum petimus, ut sciamus quidnam
malè, vel quid bonè ex eaderit: et si viderimus parum
quiddam desiderari, omnibus modis recogitamus acceptionum
occasionem, ne inviti perdamus. faciamus igitur hoc, et in
operibus nostris vocatam conscientiam nostram, faciamus si-
militer rationem verborum, operum, cogitationum, et
scrutemur quid utiliter in sumptum sit, et quid in pernitentiam
nostram: quis scemo malè ex sepe in convicia, in sales
in turpiloquia: qua concupiscentia oculum in intempe-
rantiam provocarit, qua cogitatio cum damno nostro
in opus prodierit, vel per manus, vel per linguam, vel
per cogitationem ipsas. Operam demus, ut ab intemptivo
sumptu abstinamus, pro semel malè in sumptu aliud re-
ponamus lucrum: pro verbis tenerè prolati, sanctas pre-
ces: pro visu intemperate facti, elemosinas et ieiunia.
quod si intemptive in sumptu sumus, nullumque nobis
vel reperuerimus, vel speraverimus bonum, in extre-
mam redacti inopiam, solsemus penam, immortalis igni
nos injicientes. igitur fervorem maxè rationem facere
conserimus, operum autem post curam et verperam ipsa
in lecto iacether, nullo interhabente, nullo obestente,
omnium eorum quae per diem facta et dicta rationes
à nobis exigamus: et si viderimus quid peccatum esse,
puniamus nos ipsos, increpamus mentem et conscientiam,
compungamus rationem tanto impetu, ut non audeat ultra
exurgere, et in idem peccatorum profundum nos indu-
cere, memores vesperinae plagae. Et quod tempus hoc
huic rationi accommodatus, audi prophetam dicentem: quod
pf. 4. dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.
multa per diem non ut volumus, facimus, et amisi ea:
cerbari et familiares exarserant, et uxor conturbata, et
puer dolet, et sollicitudo negotiorum tum privatorum tum
publicorum circumfusa, et non possumus tunc attendere,
neque quomodo supplentur. omnibus autem illis libe-
rati, et apud nos collecti, sub vesperam multatim fauente,
quiesce iudicium in lecto requiramus, ut Deum per
tale iudicium misericordem faciamus. quod si quotidie

peccaverimus et animam nostram contuderimus, nunquam
autem miserimus: sicut continuo vulnera accipientes, et de-
sipientes, febrem mortemque sibi accersunt: ita illi et nos in-
vitabile nobis supplicium continua seorsus carentia attrahi-
mus. scio quod gravia quae dicta sunt, sed multum habent
lucris.

Manifestum habemus Dominum solum occasionem
arripere vult, et max. omnem pro se fert misericordiam
nam ne peccantes, et inulti manentes nos efficeremur deterio-
res, non remisit nobis supplicium, sed videt hoc manifesta
quod peccatis ipsi non minus damnum sit non puniri:
propter hoc imponit penam, non exigens supplicium de
peccatis, sed ad futura nos corrigens. Et tu dicas, quod hoc
sit verum, audi quid dicat ad Moysen: Dimitte me, et iratus
delebo eos. Dimitte me, non quod Moyses eum retinuerit, Exod. 32.
neque enim locutus erat ad eum, sed silenter adstabat pro
pro illis oratione. Non autem supplicationem ei dare vo-
lebat, quoniam illi digna supplicij commiserant, supplicijque
inevitabilibus. punire autem volebat, sed misericors dicitur,
id quod eos benigniores redderet. utraque autem fecit, et ut
penam non inferret, neque illos fuerit invidiosos penam non
mrogata. Dicebant enim, quod non suo merito, sed Moysis
patrociniis iram Domini evaserunt. Haec et nos sapere
facimus, et famulos qui peccaverunt dignos supplicij, nolentes
puniri, neque supplicij metu liberari, amicos jubemus
ut illis e nostris eripiant manibus, atque ut ita timor illorum
in eis crescat, et nostra effugiant verbera. Hoc et Deus fe-
cit. Et quod hoc sit verum, ex ipsis verbis manifestum est.
Dimitte me, inquit, et irasce: etenim nullus remittit qui
punire vult: tunc enim irascebitur. ipse autem dicit: Dimitte
me et irasce: ut scias quod ira in Deo non sit affectio, sed
pena in nos eo vocabulo nominetur. quando igitur audio
Moysen dicentem: siquidem dimittis peccatum, dimitte pro-
servo Dominum obstupescere, quod ipse sibi ipsi misericor-
dia occasiones quaeat. Non hic autem solum hoc fecit,
sed et ad Hieroniam et ad Ezechielum idem hoc dicit: Jerem. 5.
Ezech. 5.
civite et videbe in vjs Jerusalem: num sit qui faciat iudi-
cium, et iustitiam, et misericors ero eis. Vidisti misericordiam?
multi etiam impij unius virtute simul feruntur: multorum
autem malitia, quamvis unus sit qui recte agit in medio
magis populi non ruit. sed unus quidem homo recte
videns, populum integrum eripere potest ab ira Dei.
Civitas autem integra perveflagata in suam penam et suppli-
cium attrahere bene viventem, et deicere non potest.
Et hoc de Noe manifestum: pereuntibus enim omnibus
solus cum suis servatus est. Et de Moysa clarum est, solus
enim potuit tanto populo impetrare veniam. mihi autem

aliud maius est iudicium divina misericordia quod dicam: cum enim non invenit homines vivos, et fiducia peccator, qui post se intercedendo veniam obtinere, confugit ad defunctos, et per illos inquit, se remissum peccati: quemadmodum Ezechia dicit: protegam civitatem hanc propter me, et propter David suum: olim enim mortuus erat David. Hoc igitur omnia cum sciamus, quod omnia moveat et cause sit Deus, ut nos a pena et supplicio liberare possit, multas ei praebeamus occasiones, confitendo, poscendo, lacrymando, precando, proximi iram dimittendo, pauperibus subveniendo, in orationibus sumus sobrii, humilitatem animi exhibeamus, peccata nostra continuo memoremus. Non enim sufficit dicere, peccator sum, sed opera pretium est, et speciatim peccatorum, et delictorum remitti, sicut ignis qui in spinas incidit, facile ipsas absumit: ita et cogitatio qua continua in seipsa omnia versat peccata, qua a iuventute fecit usque ad senectutem, ea coquit. Deus autem qui transcendit iniquitates, et delicta iustitias, etiam a peccatis nos liberet, et regno caelorum dignos faciat.

Documentum 4.

Surge Diluculo liberate viri sublatissq; in caelum oculis, simile illud speculo nitidum, astrisque ornatum, ac super terram cum gloria fulgens, aspice: atq; cum admiratione tacitus tecum ista revolve: si hoc, tanto cum decore resplendent, iusti et sancti divina obtemperantes voluntati, in hora illa, quando ad iudicandum Dominus venerit, quanto magis in gloria salvatoris, ineffabili luce fulgebunt? Veniat autem tibi in memoriam terribilis illa Christi adventus, unde contremiscent omnia opa tua, corporeq; simul et anima totus exhorret: atq; sic concupis et perturbatus magno cum dolore cordis, in gemiscendo loquere: quomodo ego peccator in illa hora terribili ac formidanda inveniar? quomodo ego coram tribunali tunc tremendi iudicis astabo? quomodo ego elatus et superbus cum iustis atq; perfectis consistam? quomodo ego hadus cum ovibus a Deo Christi stabudr? aut quomodo ego arbor infructuosa cum iustis et sanctis illis, qui in hac vita iustitia fructum tulerunt, collocari poteris? aut quando se mutuo in aula illa caeli cognoscent iusti, quid tunc faciam miser? qui tunc agnoscel, in caelesti tunc thalamo, iusti sibi debentur, et in igne aeterno impij. tunc Martyres rursum sua ostendent tormenta, suarq; virtutes Religiosi viri, Confessoresq; Sed infelix ego, quid ostendam, nisi sobrietatem

ac negligentiam meam? o anima superba atque elata! o anima peccatrix! o anima impudens! o anima quae semper vitam tuam odisti, quamdiu rerum terrenarum cupiditate traheris? quamdiu prava improbarum cogitationum consuetudo in te dominabitur? an ignoras malis cogitationibus singulis horis fieri, ut tanquam ignorantia tenebris caeca quadam erroris caligine mens obducta, via non reperiat, quae se convertat ad Dominum? quid ulterius capetas, et differis negligens? an quod venire tardabit caelitus sponsum? non tardabit, miser, sed ut fulgur horribile mox e caelo adventus eius erit.

Qua propter ad vigila, ut paratus illa hora inveniaris, ne lectu afficiaris sempiterno. aliena peccata ne respexeris, quin tua potius defleas. Neque consideraveris festucam in oculo fratris ac proximi, sed trabem quae in tuo est, assidue potius animadvertere. ubi ex oculo tuo trabem eripueris, tunc ex fratris quoque oculo festucam eximes. quod si te curare non poteris, est quod gravem caecitatem tuam defleas. quomodo enim alij, ipsa caeca lumen grabere poteris? prius ergo tibi ipsis medere, o anima, et postea aliorum sanitati attende. nullam invidia tua excusationem habebis: cuncta enim tibi necessaria largitus est benignissimus Deus, iudicium, intellectum, prudentiam et cognitionem rerum spiritualium, quae tibi prodesse possunt. Decerne, et amplectere. o quoties, invidiam meam defleo. cum enim cognitionis nobis lumen tribuerit Deus, ter optimus, ego quotidie illud repellere atque castigare conor. Nam si Divinae voluntati mandata percipiam, beatus sane in hora illa forem, et non solum ego, sed et omnes qui obediunt voluntati eius. fideles, eruditi viri, nullam penitus tibi excusationem habeburi sumus, quoniam scientes ac sponte peccamus cuncti.

Divinam itaque providentiam, et in nos munificentiam, quantum nobis quotidie pro sua bonitate largiatur Deus, sedulo consideremus utique. semper eius gratia corda nostra visitat. et si locum sibi paratum invenerit, ingreditur, semperque in animam nostram quiescit. sed si cor immundum offenderit, illico recedit. Rursumque misericordia factus, cogit eam ad nos peccatores invitandos venire, quoniam omnes mutabiles sumus, libera voluntate non natura, elati semper invenimur, et segnes, invidi, et improbi, mala alij contra alios assidue cogitantes, pravisque ac lascivis et impudicis cogitationibus oblectantes, in ipsa velut in fatidissimo vitiorum cane perpetuo jacemus. unde fit, ut cum ad nos invitandos gratia ingredi cupiat, improbarum cogitationum factorem suspicissimum in cordibus nostris reperiat, quare illico recedit, cum locum introeundi

Matth. 7.
et
Luc. 6.

ac quiescendi, in nobis sicut volebat, non inveniat. veruntamen
cor nostrum dulcedine luminis sui pulsatur ut respiciat, et intro-
mittatur ipsa, ut sic lucis dulcedine alectus, homo, ipsam
inquirat: nequit enim perire nisi gratia deserere: à prop-
ria enim ipsius benignitate eò adigitur, ut omnium nostri
miseretur.

Cernis providentiam Dei? cernis christi in nos pietatis
viscera? quanto desiderio salutem nostram libat? et quant.
opere nos salvati cupias? felicem atq; beatum illum, qui
puerum semper cor divina gratia parare studet: ut cum
ad invocandum veneris, offensus in eo suavissimum odorem
virtutum, atq; anima sanctitatem saculis omnibus tibi man-
sionem faciat. quid igitur misericordissimo Deo, pro tot
tantiq; bonis ac donis nos miserè retribuemus? aut quam
illi gratiam referemus, quod de celo è sine patris deser-
verit, quod pro nobis in utero virginis incarnatus sit, quodq;
nostrè causà alapis capus sit scari instat? Tamen si in terrà
mille annos viveremus, ne pro uno quidem colapho illi
unquam ullo modo proit deceret, reddere æquivalent, dig-
nitas gratias referre possemus. Istud ego pertimesco, ne
omnes, qui me tam intuentur, ac Religiosum dicunt, tibi
me irideant, cum me sempiternis ignibus cruciari aspiciant,
ah! exploratissimam habeo negligentiam meam.

Parce, parce, Domine, Clementissime salvator
christe, fili unigenite, mihi sero tuo inutili, ne coram
tremendo tribunali cum tremore et signominia magnà
deprehendar ludibriosq; sim cunctis spectantibus, tam Ange-
lis, quam hominibus. Verum hic me salvator meus, tuq; pater
clementissimus pater, et filiorum amantissimus, erudit et
corripe: ibi autem ut celestis Deus et solus absq; peccato
subsiste me: nisi enim in hac vità salvator, misero pecca-
tori sanam mentem dederis, tuq; lumine cor eius illustra-
veris, ut quotidie peccata sua per penitentiam abluat, ille
coram tribunali tuo absq; defensione quomodo consistere
poterit? antequam ego in terrà essem, placuit tibi pro
infinita misericordia tuà, Domine, in utero matris meae
peccatrici formare me. Et in lucem indignus iam editus
factus sum dignus, ut vas fierem gratia tua, et veluti
cithara bona, quae verba salutis omnibus audientibus
dulciter occideret. Hoc ego ignavus, et peccator dona
accepi et tanta tua gratia me per desidiam ingratum
probaui. Tu, Domine, ex ore inertis famuli tui, Dulcis
sanctitatis cantica exprime. Tu menti meae tenebras il-
lumina, ut quando voluit gratia mentem tenebris circum-
fusam collustravit, ut laudes tuas dulciter personaret.
Huius ego rei gratià, rursus ad te supplex recurro, o fili
Dei unigenite, ac salvator animarum nostrarum, deprecans,

ut sicut hic gratia tua mihi quantumvis indigno, fuit cunctis
 horis lux, protectio, susceptio, per fugium et gaudium: ita
 et illic sub umbra alarum tuarum, in horrendo illo iudicii *Matth. 25.*
 die protegas: ut ad dexteram tuam collocatus, et in regnum
 tuum sola misericordia ac gratia tua admittus, immensam
 bonitatem tuam omni tempore collaudem, celebresque
 mundipine Omnia, qui inutilis serui tui peccatoris lacrymas
 nequaquam spreveris.

Documentum 1.

Largitor cunctorum bonorum, ac fons sanitatum,
 et thesaurus miserationum tu solus es Deus bonus et mise-
 ricors, qui semper bona praestas petentibus. Et quia ipse
 mecum assidue immensa tua remedia ac dona optima
 qua singulis mihi diebus impertiris, experior: propterea
 confiteri te Christe Deus meus clementissime supplicem
 exoro, ut gratia tua super me jugiter veniat, quae men-
 tem meam varijs distractionibus colligat, occultarumque
 mea vulnera sanat. Ecce enim distractiones atque elationes
 mentis, semper occulta mea vulnera instaurant redin-
 tegrantque. Verum tu Domine mihi sine atque conganimo
 qui semper curas gratia et miserationibus sana et mise-
 ricors ac pius frequenter infirmitates meae peccatoris.
 Ego vero dignas retributionibus tuis mercedem reddere non
 possum, Domine: tua enim remedia atque medicamen-
 ta, omnem estimationem excedunt pretij, non calum,
 non terra, pro merito tuarum curationum dignum
 quid tibi retribuere possunt. sunt autem curationes
 tuae bonitatis, multa tuae misericordiae, nullo siquidem
 estimari vendique possunt pretio remedia atque medica-
 menta caelestia et sancta: sed lacrymis illa salvator
 flebiliter amaro indulget omnibus. quis igitur non admi-
 retur? quis non obstupescat? et quis tantam clemen-
 tiam tuae bonitatem non gradibilem salvator animarum
 nostrarum, qui pro tuarum curationum premio etiam
 nostras suscipere dignaris lacrymas?

O lacrymarum vis! quousque pertingis, quae multa
 cum fiducia nullis impedita retinaculis, ipsum calum
 penetras? O vis lacrymarum quae, si velis, ante sanctu-
 atis excelsum immaculati Domini thronum, cum gau-
 dio a sistere potes! O vis lacrymarum, in cuius praesentia
 atque confidentia Angelorum ordines, caelestibusque omnes
 virtutes semper exultant! O lacrymarum potentia, quo-
 modo in ictu oculi, quasi praepetibus sublata pennis,
 in caelum revehis, atque ascendis, et postulata a Deo sancta

obtineat, occuratq; tibi hilariter, indulgentiam ac remissionem
peccatorum deferens.

Largire igitur mihi indigno famulo tuo, Domine, lacry-
mas, illuminationem cordis atq; fortitudinem: ut fortis lacry-
marum jugiter cum dulcedine fundens, cor meum illustretur
in oratione mundâ: ut magnum illum delictorum meorum
chirographum modicis lacrymis deleatur, ignisq; ardens ibi
extinguatur. Nam hic si peccata mea defle-
vero: illic inextinguibilem ignem evadam. quia enim sin-
gulis diebus tuam, Domine, longanimitatem petesco, ob-
oculos mihi et meam amaritudinem et tuam clementiam
constituo. se id meam vincit amaritudinem, longanimitatis
ac patientia tua benignitas. Nam et aves quidem magno
cum pietatis affectu suos enutriunt filios: et licet ab ipsis
quandocumq; spernantur, et recitentur, nunquam tamen illos
negligunt despiciuntve: quoniam pietatis affectu super-
rantur. quod si ^{aves} sic pie afficiantur: quanto magis
tua gratia sanctis miserationibus teahitur, vinciturq; Do-
mine, ut miserearis omnium querentium te. quid et ma-
ter à suo despectu periculo, corde tamen idè ipsum de-
serere atq; despiciere nequit: visceribus enim pietatis
superatur. si autem et nutritrix sic pietatis affectu trahitur:
quanto magis gratia tua clementia, animarum amator
Domine, suis quotidiè vincitur miserationibus, ad commi-
serandum atq; salvandum cunctos semper desiderantibus?

Quando quidem ergò ab impuro hoste, qui me sem-
per affligit, angustor: clamabo cum lacrymis die ac nocte
tuam implorans misericordiam, ut ab impugnationibus te-
liq; eius me liberet. quis enim poterit improbi illius
consilias conatusq; perferre, gratia tua auxilio destitu-
tus, Domine? in horarum quippe singulari cogitationibus
et actibus meam affligit animam. Verum tua potentia
Christe, qua fluctibus maris imperasit, ipsum quoque
increpet ut à me servo tuo vincatur, Diffugiaturque
singulis enim diebus suas in me machinas se audisq;que
renovat, dum mentem meam captivare studet, et à dul-
cissima optimaq; meditatione Divinorum tuorum mani-
fatorum avocare. quare gratiam tuam celeriter
emitte, Domine, ut à servo tuo magnum hunc Draconem,
cum universis cogitationibus suis perdidis, malignisque
depellat. Appa tua ad hoc inducatis parabola, mi-
Domine, quâ dixisti: iudicem quendam in civitate
fuisse, qui nec Deum timebat, neq; hominum plane
reverebatur: in eadem vero civitate viduam fuisse
pauperulam, quâ illum quotidiè adibat, dicens: vindi-
ca iam me de adversario meo, cum autem dixit ille
inclementer despectus mulierem variè veratam,

Luc. 18.

prevaleuit tandem vidua patientia, ipsamque quantumvis
inimicam et immisericordem, ad equitatem revocavit.
Vidua injuriam papa, immisericordem iniquumque iudicem
adit, ut ipsam de suo vindicet adversariis; Ego autem con-
ganimum et misericordem, benignumque meum accedo Domi-
num, potestatem in caelo, et terra altissima exaudiendi har-
centem. O Dignum, sanctum et mentiri nescium, Deus
benedicte atque Redemptor, fac, obsecro, celeriter sicut
promisisti, vindictam omnium in te sperantium, die
noctumque. Ne tardes, vindicare me, Domine. Ex manibus
inimici eripe me, et ad te dirige: ut illo per gratiam
tuam superato, te solum benedicam, teque solum glorifi-
cem, & longanimum et misericordem, qui omnes homines car-
pis salvos fieri.

Et quia vite mea tempus in vanitate defecit
et cogitationibus turpibus, dona mihi medicamentum
efficax, quo plenissime ab occultis meis cures vulne-
ribus: et conforta me, ut saltem ad unam horam
prompti laborem in vinea tua: nam ad undecimam
iam horam tempus vanissima mea vita pervenit.
Sapientiam negotiationis meae divinis tuis mandatis *Matth. 20.*
guberna, et prudentiam mihi vili abiectionis negotiato: *Matth. 25.*
ei concede, ut negotiationem tuam perficere possim,
quam diu adhuc tempus suppetit. Verum bene forsua
navigationis iam finis instat, magnaque tempestas
imminet, et tempus me variis distractum ac deside-
riscat. Huc age, & piger, inquit, omne lucrum nego-
tiationis tuae, ex toto tempore vite tuae repositu-
m intende.

Et hora mortis me terret miserum: respicio
enim opera mea, et contremiscit mihi anima; intueor
negligentiam corporis mei, et exhorrescunt opa mea.
Separationis enim hora mihi ante oculos venit, et ea
eius consideratione vehementer timeo. quia et pro-
gaudio meum corripior, dum me opera gaudio digna
non fecisse cerno. magnus enim pavor est, mortis
tempore, omnibus peccatis meis similibus: cuiusque
ingens gaudium est, dum anima a corpore separatur
universis iustis, cunctisque virtutis ac pietatis athletis.
magnus item separationis tempore dolor atque tristitia
est cunctis imparatis, atque torquentibus. Dum
sua reminiscuntur negligentia, totiusque relictio tem-
poris vite, adeo negligenter se unquam tracti, graviterque
tunc cordis dolore excruciantur, qui tunc dum vivere
saluti suae curam neglexit, a Deo quidem ut etiam

penitentia eius cruciatus, ipsum quoque mortis et separationis
timorem excédat. Contra vero, iusti et sancti pietatis atque
religionis athleta, in hora mortis ac separationis caelestium
cernentes ante oculos magnum illum sudorem atque laborem
suorum certaminum, vigiliarum et orationum, ieiuniorum
et lacrymarum, humilationum ac ciliciorum. Exultat
illorem animam ex corpore ad requiem commigrare inci-
tata. formidabili tunc est mortis praesentia omnibus pec-
catoribus, laetis ac moliter viventibus: A quibus in hac
vita vanissimas se procos integrosque servandi non fuit cura.
Dolorque vehementissimus separationis tempore peccato-
rem occupabit, quando neque omnino quid loqui licebit
et severissimum proceptum egredi hora illa urgebit.

Heu, heu, o anima, quam obrem nunc vitam salu-
temque tuam negligis? Cui alij distracta ita otiose dies
univerfi temporis tui transigis? ignoras reperitiam ac
subitanam fore vocationem tuam? quid obrem, illi
tunc actura es si hic ista iam fueris negligens? ante
tribunal transeis iudicis, quid pro excusatione tua ha-
bebis quod respondeas? quomodo subrepat tibi inimicus.
tuus non intelligis misera? Et quomodo tibi divitias ca-
lestes indices fuerit, ne scis, o distracta ac negligens? sob-
riam te praebas ac vigila belli tempore, o anima. preci-
bus intenta esto, cum lacrymis ora, et ad Deum cum cordis
dolore exclama: et statim tibi in auxilium mittet Ange-
lum misericordem, qui te ex ipso belli periculo liberet
et a confusione inimici. Diligenter cura, ne separationis
hora, in tristitiam incidas, ac gemitum, inultibereque ploras
in aeternum. Et venient cuncta in mentem tibi hora illa,
dicesque intra te ipsam, acri dolore concitata: omnia ista
ego quotidie mente, revolvebam, mitiusque ipse ante De-
um, ut ultra non peccem, neque iterum a divinis mandatis
excidam, sed cum alacritate magna, quae ipse placeat
peragam semper. At nunc inanis, absque ullo merito bo-
ni operis merito reperior.

Ad te ipsam, o anima revertere, a pavidè decerta
semperque time Deum tuum concupisce, illique per bona
opera obsequere, ut cum mortis hora separationis
tempus advenerit, te paratam, magno cum gaudio expec-
tantem ipsum inveniat. Intellige, o anima, institutum
tuum, Dei quoque vocationem. non enim liberum animum
cunctis rebus terrenis liberatum, contristat angustia
migrationis hora. sed mors hominem desideria suspensum
et peccatorem contristat: contristat remissum ac negli-
gentem, et quae Deo placeant, omittentem, contristat

multa possidentem, qui curis et negotiis secularibus suam de-
 vincit animam: contristat et opulentum, quod enim licet
 invitum, ab hac vita separet: contristat etiam patres, quod
 charissimis eos liberis segreget: contristat mundanum, quonia
 divitias suas deserit: contristat et fratres, quoniam cum luctu
 eos ab invicem dividit. omnes ipsi super veniente mortis hora
 contristabuntur, quoniam saeculi rebus nimium districti fue-
 runt. At tu quare tristaris, et ingemiscis, o anima, mundo
 libera, saeculorum rebus exuta: in libertatem vocata, in ea
 sic semper permane, et in via Dei genese se perge, alacriter
 quae ipsi sunt placita, perficiens. quod si des ea toto corde
 et anima adhaereas, nunquam mortis horam reformidabis:
 quin et ipsa mors migratioque de corpore, tibi potius gau-
 dio futura est.

Salva me, patiens et longanimis Domine: salva me
 fili Dei, qui solus sine peccato es, Christe: Et concede mihi
 salvator, aeterna vita meditationem, ut praeter eam aliud
 nihil in corde meo unquam habeam, quamque voluntatem
 cooperante mihi peccatori gratia tua, perficiam semper,
 promptusque reddar ad benedicti tua mandata exequen-
 da, ut recte in pecunia abs te Rex caelestis, accepta ne-
 gotiari queam, peractaque bona negotiatione in tuo agro, Matth. 25.
 salvator, laudem abs te, o Domine, consequar, dicamque cum
 fiducia et gaudio cordis, dum veneris Domine: beatus sum, Luc. 19.
 quia venisti, Domine, ut induas me veste digna nuptijs Matth. 22.
 sponsi immortalis, quam tua ego acquisivi gratia. accen: Matth. 25.
 dam et lampadem, quam mihi tua, Christe, largita est
 gratia atque benignitas. Egrediarque cum gaudio obviam
 tibi collaudans ac benedicens, glorificansque sponsum
 immortalem: ut iustorum atque sanctorum, qui tibi pla-
 cuerunt fieri mereas participis in omnem aeternitatem.

Documentum 6.

Venite sacra Mechanice cultores, venite seculares
 et Religiosi, quae patris electi signati milites christi:
 Venite, negotiemur, donec hoc duret celebritas: venite
 apprehendamus vitam aeternam: venite, lucratur sa-
 lutem animarum nostrarum. Implete oculos vestros
 lacrymis: et confestim oculi mentis vestra aperientur.
 Venite cuncti pariter divites et pauperes, principes, et
 subditi, senes cum junioribus, filij hominum, et omnis aetas:
 qui cupitis ab aeterno liberari supplicio, et regni caelestis
 haeredes fieri. Cum sancto David imploremus misericordem,
 et benignissimum Dominum, dicentes: revela oculos meos ps. 118.
 et considerabo mirabilia de lege tua: illumina oculos
 meos, ne unquam obdormiam in morte. clamemus, utela-

Marc. 10. *mauit cecus ille iuxta viam sedens: miserere mei, fili Dei
altissimi. Et si aliqui prohibuerint, aut increpando filere
iuperint: nos magis clamemus, et non defatigemur clamando
Donec oculos cordis nostri aperuerit Dator luminum Christus
Iesus. quare accedite ad eum, et illuminamini: et facies
vestrae non confundentur. aspiciamus bonam mentem
atq; desiderium de regno, et paradiso caelesti: et illic
cuncta res saeculi nobis vilescant. contendite ad undeci-
mam hanc horam: accelerate ne excludamini: ecce enim
Vespera appropinquat, et mercedis distributor venit cum
gloria de maiestate magna, ut reddat unicuique secundum
opera sua.*

ps. 33. *Desipiscamus ac penitentiam agamus, dum tempus
habemus. audite quid dicat Dominus: gaudium erit in
caelo super uno peccatore penitentiam agente. cur negli-
gentia obtorpescis, peccator? cur animam despondis, atq;
desperas? si in caelo gaudium erit te penitentiam agente
quid times? angeli gaudent, et tu desidiöse ac signiter
vivis? archangelus predicat penitentiam, et tu timore
concuteris? immaculata, et indivisa ac adoranda Trinitas
ad penitentiam te invitat: et tu suspiras? ne dulcescat
nobis hic cura atq; sollicitudo huius saeculi: ut non ama-
reseat nobis illic aeternus ignis, et vermis nunquam des-
miens. placeamus hic paululum, ut non plangamus illic
in aeternum tormentis cruciati.*

Videte, et nemo negligenter hic agat, quia repente
instat fulgur horribile, adventus christi erit. non me-
tuitis, quia unusquisq; pro ratione suorum meritorum
Matth. 24. in illa hora accipiet. singuli proprium tunc omni por-
tabunt: singulis mevent ibi quae hic seminaverunt. omnes
Matth. 16. illic medi adstabimus coram christi tribunali, et unum.
Rom. 2. quisq; nostrum pro se ipso rationem tunc reddet iudici:
In illa hora, nemo alteri auxiliari ibi poterit: non
Gal. 6. frater fratri, non parentes filijs, neq; filij parentibus.
Rom. 14. non amici amicis, non maritus suo coniugi: sed unus.
2. Cor. 5. quisq; cum metu et tremore facit ibi abstitit, expectans
sententiam, quae à Deo feretur.

Cur ergo negligentes ac desidiösi nunc sumus: et
non parati potius atq; instructi? cur de ijs, quae nostra
sunt defensionis atq; excusationis epe posent, modo non
magis sumus solliciti? Dum tempus adhuc nobis suppetit,
cur ad eos parvi pendimus atq; despiciamus sacras scrip-
turas, et verba christi? an non probatur, quod sermones
ipsius et sanctorum Apostolorum ac prophetarum
condemnaturi, sint nos in illa die, coram tremendo illo
tribunali: si non servaverimus, et egerimus, sicut ipsi
praecipiant nobis? audite, quid Dominus ad suos dicat

Discipulos: qui vos audit, me audit, et qui vos spernit me, dicit. 10.
 spernit, et patrem meum. Utriusque alibi ait: qui spernit me
 et non accipit verba mea, ego non iudico ipsum, sed habet, Joa. 12.
 qui iudicet eum: sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum
 in novissimo die. sed quisnam nos sermo in novissimo iudica-
 turus est die? sanctum eius Evangelium, et reliqua sanctorum
 prophetarum et Apostolorum sacra scriptura. propterea ob-
 scuros, literatos, et illiteratos viros, ne contemnamus ea qua
 scripta habentur: calum et scera transibunt, verba autem Matth. 24.
 mea non praeferibunt.

Venite sacra penitentia alumni, antequam adveniat
 dies illa tremenda, atque exasperanda: proiecimus nos ipsos
 in pelagus miserationum Dei, ipse quippe Deus omnes co-
 hortatur atque invitatur dicens: Venite ad me omnes qui laboratis Matth. 11.
 et onerati estis, et ego reficiam vos: quibus verbis, non proprios
 ac particulares aliquos, hortatur, et vocat, sed omnes. Venite,
 inquit, ad me omnes, sive Divites, sive pauperes: quia venien-
 tes ad me, non eijciam foras. quis porro est, qui ad me venit?
 qui habet mandata Dei, et servata, qui sermones meos audit, Joa. 6.
 et credit in eum qui misit me. Beatus sane, qui verbum ipsius
 audit, et custodit: infelix autem, qui audit atque obedire con-
 temnit: quia eum in novissimo die verbum illud iudicabit
 sicut scriptum est: horrendum est incidere in manus Dei vi: Heb. 10.
 ventis.

Resipisce penitens oblate, et noli timere: peniten-
 tiam age peccator, confidem et respiciens in immensam
 benignitatem christi dicentis: non veni vocare justos, sed Matth. 9.
 peccatores ad penitentiam. Resipisce igitur, ac penitentiam
 age: ut non confundaris in horrendo illo tribunali, ubi cum
 tremore millia millium Angelorum, et Archangelorum Dan. 7.
 ardebunt: quando occulta reddentur manifesta, et libri apoc. 5.
 aperientur: quando segregabuntur ab invicem, sicut oves se: Matth. 25.
 parantur ab haedis. Vere tremenda atque exasperanda
 illa erit hora: quando enim iustus iudex cum horrore in-
 ceperit: quis non contremiscent? aut quis non pertimes-
 cent horam illam? ideo et iudex fortis ac potens, et iudicium Dan. 7.
 inexorabile erit: nonnisi opera ob oculos constituentur,
 et fluvius igneus ante tribunal, hymnus Angelorum
 et iustorum absque silentio fiet, et plangens peccatorum
 intolerabilis, lacrymarum immites. Tunc quoque thesauri ape-
 rientur: et iusti fructum bonorum operum accipient, et
 ternamque requiem persequentur.

Beati qui hic esurierint atque sitiderint: quoniam ibi Matth. 5.
 saturabuntur: va autem his, qui saturati hic sunt: quonia
 illic esurient et sitient. Et beati, qui hic luxerint ac fla-
 verint: quoniam ibi ridebunt, et consolabuntur: va autem
 illis, qui nunc rident, quoniam ibi lugerint atque plorabunt

sine ulla intermissione. Et beati, qui misericordes hic fuerint, quoniam misericordiam illis consequentur; ut autem illi, qui viscera pietatis atque misericordiae hic proximo suo clausent; quoniam nec ibi misericordiam inuenient. audisti quo pacto qui legitime hic decertauerint, beati prae dicentur; et contra quomodo legebunt, atque affligentur negligentes. Haec omnia considera ac perpende tecum, o christiane, et festina accende, ut salueris, non attendens eos qui negligentiam et delictum hic apud te relaxantur, quoniam sicut farum velociter arefcunt.

Noli amare saeculum hoc praesens: nam supplantat amatores suos, et dum ad horam delectat, nudos eos hinc in aeternum illud saeculum emittit. ausculta et attende sacris scripturis, et non errabis, neque decidieris a vano et maligno saeculo isto. audi quid dicat Theologus Ioannes: nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt, quoniam omne quod est mundo, aut concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitae: et mundus transiet et concupiscentia eius: qui autem facit voluntatem Dei, manet in aeternum. audi dicentem Dominum: qui profuerit homini, si uniuersum mundum lucretur, animam uero suam detrimentum patitur?

Attendite diligenter, et cum timore sermonem eius considerate: quoniam sermo quem locutus est, et docuit, ille nos in nosipsum illo die iudicabit. non est mendax Dominus: ab ipso enim ueritas est. Et si certo compertissetis non ita ipse epe ueritatem, et sermones ipsius ueris. cur negligis atque contemnis miser? quid expectas, et cogitationibus distrahens? Rom. 2. quis pro te rationem reddidurus est? an non nosti, quod unusquisque pro seipso rationem Deo reddet? nonne nosti, quod unusquisque metet, quae seminabit? et quislibet pro spium Gal. 6. onus portabit? Dum tempus habes, onus peccatorum tuorum disparte ac disparte, inuitat enim te amator hominum dicens: Matth. 23. Venite ad me omnes, qui onerati estis: ecce omnes adhortatur, nemo renuat aut desperet. nemo dicere audeat: non peccasti: qui dicit se non peccasse, caecus est, ac manu palpans, et miserabilior omnibus hominibus; ait enim Ioannes Euangelista: si dixerimus quia peccatum non habemus, mentimur, et ueritatem non facimus, et ipsi nos seducimus, et Deum mendacem facimus: nemo enim mundus est a sordibus.

Atque eo spectat lacrymarum usus, ut per Deum peccatorum abluamus caritatem cum sancto propheta David: ps. 50. lavabis me, et super nixem dealbabor. Et rursum: lavabo per singulas noctes lectum meum: et lacrymis meis stratum meum rigabo. ille una nocte peccauit, et quotidie lacrymans est, atque idem etiam beatus effectus est, propitiatus enim planit in illum propheta ipse ait: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.

Nihil igitur huius saeculi rerum praeferentia
 lugeas. non oblectamentis vita praesentis capiatis: neque divi-
 tias istius mundi appetieris. ad verba vestimenta mollia,
 ornamenta quoque ac coronamenta. Desistare varia sicutur-
 rarum genera, stibia venustates, fastum atque superbiam.
 Dæmoniaca item ipsorum cantica, citharas, ac tibias, ma-
 numque plausus, et inordinatas atque indecoras voces. An
 ignoras, miser, ista omnia Diaboli fata esse? haec enim cuncta
 gentes mundana faciunt, quibus nulla salutis spes est. ne
 igitur similes reddamur gentibus, ut non et aggregemur ipsis.
 audite dicentem Apostolum: hoc igitur dico, et testificor in ephef. 4.
 Domino, ut non iam ambuletis, sicut et gentes ambulavit in
 vanitate sensus sui, tenebris, et securatum habentes intellectu.
 quia propter relictis gentilium operibus, non convertamur
 iterum retrorsum, eademque agamus.

semel abrenuntiasti satanae, et angelis eius: pactus
 es autem Christo coram multis testibus: at vide ut non
 pactus sis, et ne parvipendas. quod porro noveris, quod Ange-
 li in hora illa voces tuas, et pacta tua, abrenuntiationemque
 tuam descripterint, et in caelis, usque ad horribilem illam iudi-
 cij diem conferent. non pertimescis? non exhorrescis? in
 die iudicii proferent Angeli chirographum tuum, et verba
 oris tui coram formidabili tribunali: ubi etiam Angeli cum
 tremore assistent, tuncque lugubrem illam audieris es voce: *duc. 19.*
 ex ore tuo de iudicio serve nequam, reversa enim amare
 tunc ingemiscet, et lacrymas effundes in hora illa, et nihil
 proficies.

Miserere igitur nunc tui ipsius, et animam tuam
 ne oderis. aperi oculos tuos, et vide quo pacto multi de-
 certant: quomodo omni studio salvari contendant: quomodo
 modo scriptos ad omne opus bonum impellant: quomodo
 scriptos ab omni invidia, et maledicentia, ab odio et rifu,
 a fornicatione, a delictis, a pugnis atque contentationibus cur-
 todiant: et quo pacto angustiam amplecti sint viam, se-
 iunantes, vigilantes, afflictiones atque adversa sustinentes,
 gementes et flentes: quo pacto lampades lucidas pro-
 paraverint: quo pacto os eorum omni tempore immortalem
 spontum laudaret, et glorificaret: oculis ipsorum in eius
 pulchritudinem inhaerentibus, et anima eorum exultaret.

Considera, ac vide: quoniam appropinquat et non
 tardabit. veniet enim, ut diligenter ipsum latus reddat.
 veniet, ut consoletur lugentes hic ac flentes, non quidem
 mortuum, vel temporarium aliquod pecuniarium de-
 trimentum: at propter damnum peccati: et propter
 deperditum regnum, cuius non erit finis: et ob beatas
 illas paradisi delicias, unde eiectione sumus transgredien-
 tes praecipuum Dei, quo iterum redeunt, qui hic lugent
 ac plorant. veniet, ut coronet eos, qui legitime hic

certa serint, et angustam archamq; viam amaserint. Veniet
ut misericordiam misereatur. Veniet ut eos, qui propter ipse
hic voluntariam paupertatem subierunt, beatificet. Ve-
niet ut bonis, eos repleat, qui propter ipsum esurierunt
et sitierunt. Veniet, i. clarina turas abscondita tenebrarū
et manifestaturus consilia cordium. et ut breviter dicam.
Veniet, redditurus unicuique secundum opera sua. Veniet,
sed non amplius à terra sicut antea: verum è calis cum po-
Jan. 7. testate, et gloria ingenti. tunc tuba resonabunt è calis, et vir-
tutes eorum commovebuntur. terra tota instat aqua maris,
à facie gloria ipsius contremisct. fluvius igneus coram ipso
praeurodet, qui terram ab iniquitatibus expurget. Deinde
Matth. 25. clamor repente fiet: ecce sponsus venit! ecce iam gaudium
expectatum est. Ecce nunc iustorum gloria, s. i. iustis ad-
ventat. Ecce venit Rex Regum: cuius regni non erit finis. Ecce
iustus iudex venit. ecce venit, exite obviameis. tuncq; cum
gaudio prodibunt, habentes lampades suas lucidas, et vestes
splendidas, audientq; vocem sponsi ad ipsos dicentis: venite
benedicti patris mei, prospicite paratum vobis regnum
à constitutione.

Plane igitur ad illum clamorem, in occursum ei pro-
cedunt portantes manibus suis lampades lucidas, alacris ac
lati magnā cum fiducia, exultantes, benèq; sperantes, quod
lampades ipsorum non sint extinctae. Tunc autem tu te ipse
in magnā tribulatione, atq; angustia, et gravi calamitate,
necessitateq; intolerabili constitutionem videris, lampademq;
tuam extinctam cernens, valde confusus dices: commodum
mihi praeberet, modicum olei, quia lampas mea extincta
est. illiq; respondentes, dicunt tibi: ne forte non sufficiat
nobis, et vobis, isti potius ad vendentes, et emite vobis. Et
tunc ab ipsis cum magnā afflictione, et dolore ac gemitu,
amare illacrymans ac plorans, et nusquam inveniens ubi
oleum tibi comparet: eo quod soluta iam sit atq; finita
istae praesentis celebritas, omninq; vita ipsorum timore
conculcetur ac trepidabit, velut aqua maris. praeterie-
runt, et qui pro foribus Ecclesiarum sedes oleabant,
pauperes, oleumq; illic vendebant. Undiq; igitur in
summam angustiam anxietatinq; tunc coniectus, plo-
rans ac lugens dices: vadam, et pullabo à ostium misere-
cordiae christi Domini, quis scit, an aperiet mihi?

Et accedens pulsas, respondetq; interiori tibi sponso:
amen, dico tibi, nescio te. Discede à me operante iniqui-
tatis. Non es miseratus alium: nec à me nodo miseri-
cordiam obtinebis. Noluisti voces audire pauperum:
neq; ego iam tuam audire volo. Sacras meas scripturas
audiebas, et deridebas: atq; ideo huc introire tibi non
concedam. prophetas et apostolos meos non recepisti:

Deo verbum quod locutus es, ille d te judicabit in die isto. novissimo. Discede a me: non recipit te angusta porta. carne tuam parasti, animam vero tuam occidisti: quomodo ergo vis huc intire, et regnum meum contaminare? carnis tua stolam poluisti: os tuum convitijs ac maledictis replevisti, et proximum tuum odisti: voluntatem diaboli perfecisti, meam vero abjecisti: et nunc introire huc postulas, ubi nihil habes repositum, non lacrymas, non florum ac ejulatum, non jejunia, non vigiliam, non psalmodiam, non virginitatem, non patientiam, non elemosinam: cumque huc nihil huc promiseris, quid quaeris? istud quippe Dominus cum in habitantibus qui propter me pauperes facti sunt. Hoc regnum, misericordium est. haec latitatio eorum, qui in mundo luxerunt, atque plaxerunt. istud gaudium eorum est, qui a peccatis respuerunt, atque deflexerunt. haec requies, vigilantium est, et jejunantium. haec vita viduarum, et pupillarum. hic, qui in mundo exultaverunt, ac steterunt, labantur, exultantque in saecula. At tu recipisti. Luc. 16. bona tua, in vita tua: Discede a me in ignem aeternum.

Ista porro audiens stabis confusione plenus, confisente athen, sic te ibi, resonabit ad aures tuas vox latitiae et exultationis, et agnosces unum cuiusque sodalium atque amicum tuorum votes. Et tunc accedens ingemiscens ac plangens dices: heu mihi misero ac infelici: quomodo haec sunt privati gloria, et a socijs amicisque meis separatus? toto tempore vite meae cum ipsa eram, et nunc ab eis segregatus sum. Revera iustum est Dei iudicium, et merito iam patior: nam illi in summa abstinentia vivebant: ego autem convivia ac prandia sectabar. illi divinas laudes canebant: ego autem tacebam. illi precibus intenti erant: ego vero mente vagam distrahebar. illi se ipsos despiciebant: ego vero superbiebam. illi lacrymas profundeabant: ego vero ridebam. sed nunc illi gaudent, atque exultant: ego autem in luctu ac dolore versor. illi labantur: ego vero plango. illi cum christo in sempiterna regnant saecula: ego autem cum Antichristo in ignem aeternum mittor. Va mihi infelici ac miserabili: quid mihi accidit? quantum bonorum iactantem feci, ut modico huius tempore voluntatem diaboli peragerem. Nunc cognosco unum quemque secundum opera sua, recipere bona vel mala: nunc agnosco me a vanissimo mundo, et usum ac supplantatum esse. Quibus quantisque me bonis privavi: et quanta mihi ipsa mala conciliavi?

Haec et similia cum plangitu ac dolore. Dices, et nihil omnino proficies: nullus enim ibi penitentiam locuterit, vel utiliter prospere denuntiant, testanturque nobis per apostolos et prophetas sacra scripturae.

Fla. 64
i. Cor. 2.

quod bona quae preparavit Deus diligentibus se, nec oculis vidit, nec auribus audivit, nec in cor hominis peccatoris accenderunt. audisti rursum dicentem Dominum: nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timeate eum, qui potest et animam, et corpus perdere in gehennam. Et alibi rursum: Beati qui persecutionem patiuntur propter me. atque ideo dicit etiam Apostolus: nolite errare: Deus non iridebitur. quod enim seminaverit homo, hoc et metet. quoniam qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam, nam qui hic seminant in lacrymis, in exultatione illic metent.

Attendite, o filii Aedae, et mementote eorum quae scripta habentur: exiit qui seminat seminare semetipsum. Et quis exiit ac seminat? Bonus pater familias, Dominus noster Iesus Christus. Ceterum quae seminavit? Verbum Evangelij et sancta eius praecepta. at ubi seminavit, et in qua terra? in cordibus hominum, per omnes fines mundi. sed non omnes obediunt Evangelio, neque omnes faciunt novalia, ut ubi ceciderit semen Domini, ibi fructificet: verum in terra inculta et inter spinas deperit: Accipiunt verbum: atque inter curas et divitias ac voluptates saeculi ambulantes, suffocant illud et non producant fructum. Vos autem, o homines peccatores, cor vestrum ad susceptionem Evangelij preparate: et nequaquam mentem vestram sollicitudo nimia saeculi huius suffocabit. Non ob delicias, sed necessitatis ergo curamus: spernamus quae sunt saeculi, tantummodo persequimini non erit quod multum laboretis: sed vero delicias atque divitias consectamini, tunc iam laboramus, et cursum instabilem, tribulatio insatiablem, et vita curis atque anxietatibus plena.

Unum porro est necessarium, sicut ait Dominus: verumtamen, et ista aliquatenus oportebat curare ac facere propter necessitatem corporis. Illa apud me, ob salutem huiusmodi vestra, cum nihil nobilius, sublimiusque sit anima, cuius causa, curramus, satagamus ac prompti paratique simus quotidie. Ne in corporis cura universum tempus nostrum impsumus: sed quandoque corpus esurit, et nutrimentum appetit, cogita et animam tuam suo tunc cibo necessarioscillari debet. Et quemadmodum corpus nisi pare sustentetur, vivere nequit: sic et anima nisi spiritalis sapientiae alimento reficiatur, mortua est. Ex duplici siquidem parte consistit homo, ex anima videlicet et corpore: atque i Deo dicitur saluator: non in pane solum visus homo. quare circa te tanquam bonus dispensator, animae cibum ipsi praebes animae, et corporis etiam ipsi corpori, non modo corpus emutres, verum et animam fovebis eamque haudquaquam desolatam famelicam se relinques. De qua quidem anima recte ait Apostolus: quae in delitiis est, vivens mortua est.

Matth. 4. dicit saluator: non in pane solum visus homo. quare circa te tanquam bonus dispensator, animae cibum ipsi praebes animae, et corporis etiam ipsi corpori, non modo corpus emutres, verum et animam fovebis eamque haudquaquam desolatam famelicam se relinques. De qua quidem anima recte ait Apostolus: quae in delitiis est, vivens mortua est.

i. Tim. 5. recte ait Apostolus: quae in delitiis est, vivens mortua est.

Cave igitur, tuam à gula animam interfici permiseris: at pascere ac fove illam per verba divina in psalmis et hymnis, et canticis spiritualibus, in lectionibus sacrarum scripturarum, in jejuniis, in vigiliis, in orationibus, in lacrymis, in spe atq; meditatione, futurorum bonorum. Hæc et similia ac hujusmodi, nutrimetur et vita sunt anima.

Attendite, ne quis vestrum infructuosus reperiat, qui enim in carne sua seminat oblectamenta mundi, delicias, prandia atq; convivia, de carne etiam metet corruptionem: qui autem in spiritu seminat orationes, jejunia, et vigiliis, de spiritu vitam metet eternam. Consideratis, et videtis multam eos laudari, qui delitiis indulgent, qui elationibus atq; distractionibus mundanis sunt dediti, quiq; risibus, et ineptiis gaudent: nam ista omnium gentium, libum, ac paganos sunt facta. nostra porro lex hæc est: beati Matthei. 5. si pauperes spiritu: beati qui lugent: beati misericordes: beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam: beati qui maledicta et opprobria sustinent: beati mundo corde: beati continentes et abstinentes: beati, qui baptisma sanctum conservaverunt: beati, qui propter christum hunc seculo renuntiaverunt: beati, qui corpore et mente virginitatem servant: beati, qui habent uxores, tanquam non habentes: beati, qui vigiliis et orationibus plane intenti sunt: beati, qui prævident venturum, ut iudicet vivos et mortuos: beati, qui lacrymas in suis precationibus effundunt. Hæc sacra scriptura sunt monumenta, et orthodoxorum documenta.

Id quæ, obsecro, scriptura beatorum predicat, eos, qui tibi, citharis ludunt, vel cymbala pulsant, aut risibus vacant, vel delitiis atq; ebrietatibus, impudenter se dedit, aut mundum, et quæ in mundo sunt, diligunt. hæc omnia lex nostra non suadet: ista Dominus noster non docuit: verum miserabilia atq; infelicia illa cepit, luxit ac ploravit. Matthei. 5. Dicunt: va his, qui nunc ridet, quoniam lugebunt et flebunt: va qui saturati estis, quoniam esurietis, va vobis ditibus, et rursum per prophetam ait: va his, qui dicunt malum bonum, et bonum malum: qui ponunt lucem tenebras, et tenebras lucem: qui ponunt amarum dulce, et dulce amarum. va qui iustificant impium pro muneribus, et iniusti tollunt. Va his, qui confugiunt mane, et piceram sequuntur, qui expectant vesperam: vinum enim comburet eos. nam cum citharis, et tympanis ac tibis vinum bibunt: opera autem Dei non respiciunt, et opera manuum eius non considerant. Hæc et ista similia, hominum mundanorum sunt, et carnalium: non autem christi dilectorum.

Vix porro istam paucam christi devotorum, et eorum, qui angustam incedunt viam, audire? apostolum apud Paulum dixerim: in omnibus ea habeamus nobismetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessi-

fatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus,
in laboribus, in jejuniis, in vigiliis, et alijs, quae ibidem sequuntur.
Luc. 22. Rursumque Dominus: surgite et orate, ut non intretis in
tentationem. quosum ergo debito obsecrati manetis, peccatores?
ecce audistis, quomodo beati praedicantur, qui per angustiam
incedunt viam: et quo pacto miseri atque infelices habeantur
qui latam et spatiosam viam inambulanti. Venite igitur, et
relictam viam latam, quae in perditionem deducit, laboremus
hie exiguo tempore, ut postmodum in omnem aeternitatem
regnemus, semper pro oculis habentes eum, qui ad iudican-
dum vivos et mortuos venit: semperque membra recolentes
vitam aeternam, ac regnum immortale, mansionem cum
Angelis, et conversationem cum Christo.

Cogita atque perpende tecum, o homo, quomodo haec
vita nihil continet, nisi lacrymas, impropria maledicta,
atque convivia, relaxationes atque negligentias, labores, mor-
bos, senectutem, peccatum et mortem: quare noli diligere
hunc mundum, sed vide ne eius capitis oblectamentis, teque
supplantet: ac nudum in alterum illud saeculum mittat.
i. Thep. 5. Memineris dicti illius: sine intermissione orate, hoc est,
die nocturne, et quaecumque hora. ne oblecteris, quo in
haec vita iucunda videntur. psalmus in ore suo sit apud:
Deus enim cum nominatur, Demones fugat. et si manum
operari admoventis, lingua psallat et mens orat. Ipseque Domi-
nus per seipsum hortatur, et admonet, ut iam hinc pa-
remus nos ipsos, et si in aliquo peccavimus atque offendimus,
dum tempus poenitentiae habemus, per lacrymas nobis re-
medium adhibeamus. tempus poenitentiae perbreve est.
ab regni colorum nullus erit finis.

Luc. 1. Sanctos quidem, beatos ac felices praedicamus, et co-
ronas eorum concupiscimus: verum certamina ipsorum inju-
tari nolumus. An puratis eos atque laboribus ac tribulatio-
nibus sic coronatos, quemadmodum et vos cupitis? vultis
audire, qualem in hac vita requiem habuerint sancti?
Hebr. 11. alij quidem distenti sunt: alij vero ludibria, et verbera
exserti sunt, in super et vincula et carceres: lapidati sunt,
secti sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt: circumie-
runt in melchis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati,
afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus
errantes, in montibus et speluncis, et cavernis terrae. Ecce
audistis pauca ex multis sanctorum nimis viderem
et amicum, ac requiem in hac vita: et quo pacto latius ac
Ipsa. 64. hilares ista omnia sustinuerint, quoniam in aeterna illa
bona respiciebant in caelis reposita: quae oculus non vidit,
i. Cor. 2. et auris non audivit, nec in corde hominis ascenderunt.

Si ab aeterno liberari velis supplicis neminem unquam
male dictis ac contumelijs prociendas, iniuriave quacumque
afficias. Ne homini impio atque iniquo: quoniam dicitur

omnes illuminabuntur, illa tenebrarum caligine obscurabitur. Va blasphemo: nam lingua eius colligabitur, et per dies respondere non poterit. Va Diviti avaro: quoniam Divitia eius effugiet, et ignis aternus in sinu excipiet. Va pigro ac negligenti: requiescet enim tempus, quod male consumpsit. Et ex quarens non inveniet. Va fornicatori atq; adultero! nam quia vestem nuptialem eius surcasit, ex regalibus nuptiis cum ignominia eiecietur. Va maledico atq; contumelioso et cum eo simul ebriatus. De dolo: quoniam inter homicidas referentur, et cum adulteris cruciabitur. Va indulgenti delictis ac voluptatibus hoc brevi tempore: quoniam instat agni, in eadem quaretur. Va hypocrite, quoniam cum pastor negabit, et lupus rapiet. felix vero atq; beatus qui per angustam hanc viam ambulat: nam coronam ferens, in celum intrabit. beatus, qui vitam sublimem atq; caelestem ducit, humiliter autem de se sentit: nam christum imitatur, et cum ipso residebit. beatus, qui multis hinc benefecerit pauperibus: nam multos ibi cum iudicabitur patronos inveniet. beatus, qui ad cuncta bona se ipsum impellit: nam violenti regnum caelorum rapiunt.

Matth. 7.
Luc. 13.

Matth. 11.

Quare compellamus nos ipsos ad omne opus bonum: ad hortamur, ac compione faciamus, et edificemus alter alterum. Sicut pater faciunt. De extremi iudicii sermo atq; colloquium nostrum: et de exultatione atq; defensione illius nostri. Et sive in via ambulatis, sive in prandio ac convivio versamini, sive in vestris estis cubilibus, sive quid aliud agitis, semper de futuro iudicio, et adventu Iusti iudicis solliciti sitis: atq; de eo a seipso in cordibus vestris cogitate, et ad invicem sic dicite: sed qualesnam sunt tenebrae illae exteriores? qualis est ignis ille inextinguibilis, et verminis nunquam dormiens? qualisnam stridor ille dentium? Haec ad invicem omni tempore. Die noctuq; colloquamini: et quomodo tunc praecurset fluvius igneus, ac terram ea purgabit ab iniquitatibus eius: quomodo et liber complicabitur calvar: quomodo, atq; ut folia a ficu decident: quomodo solet luna deficere: quomodo do cali ad nubem ac iussione Domini discidentur: quomodo Iudex, fulguris instar relucens, e caelo descendet: quo pacto turbata atq; commota virtutes caelorum procedent: quo pacto formidabilis thronus ac sedes preparabitur: quo pacto pavimentum terra concutietur, adventum iudicis expectans: quo pacto resonabunt tubae: quo pacto monumenta aperientur: quo pacto tumuli exaltentur: quo pacto qui a saeculo obdormierunt, tanquam a somno excitabuntur: quomodo rursus animae ad sua corpora recurrerent: quomodo obviam sancti occurrent: quomodo digni introitu habeantur praeci: quomodo a sponsi thalamo excludentur negligentes atq; ignavi.

Haec meditari bonum est ac utile. Istacurare et
 anxie atq; sollicitè dies noctesq; cogitare, nec parium,
 qui enim semper morti recordatur, raro aut nunquam
 peccabit. ne totum vite nostrae tempus pro ventris curando
 et his quibus operiamur, decurramus. haec enim omnia qd;
 Matth. 6. res faciunt, quibus nulla vita aeterna sperest. ne igitur
 similes nosdamur eis; sed Dominum nostrum audiamus
 dicentem: quærite primùm regnum Dei, et iustitiam eius,
 et haec omnia adicienter vobis. quæramus regnum illud
 cuius non erit finis; quæramus illud gaudium, quod in
 omnem aeternitatem durabit. satagamus, atq; oramus,
 cum labore atq; dolore cordis, lacrymis atq; suspiriis:
 ne beatâ illâ frustremur voce. facessant à nobis
 hic delicia mundanae, ubi illic paradisi deliciae lae-
 mur. ploramus hic modicum, ut illic rideamus. quæ-
 mus hic, ubi satiemur. ingrediamur hic per angustâ
 portam, et archam viam: ubi latam ac spatiosam viâ
 incedamus. iterumq; dico: Videat ne decipiat vos haec
 vita, atq; illudat, et nudos ac miserabiles in illud
 futurum saeculum transmittat. multos enim supplan-
 tavit, multos illudit, multos caecavit, fraudatq; fallit
 cia mundi istius. ceterum nos, attendamus nobis ipsis:
 Matth. 4. Dominum dicentem audiamus: venite post me omnes,
 ii. 29. cuncta relinquamus, et ipsum solum sequamur. Res
 spernamus ac contemnimus omne gaudium mundi
 huius: subleuamur enim cunctos ipsum diligentes.
 Demus autem operam, ut vitam aeternam apprehen-
 damus, et chorum ac locum cum Angelis, conuersatio-
 nemq; cum Christo felicissimè obtineamus.

Documentum 7.

Quisq; qd; amice inimicum sustinet, et qua illi
 placent quotidie efficit? quoniam corporeis rebus ipsis
 mortiferis subseruis? cape meam consilium, quod te
 saluare poterit: et captato animo simul et corpore
 accede ad salvatorem, qui cunctos proidentes ei in
 penitentia feruenti, fideq; perfecta sanat. inter
 caetera praecleara, magna quædam res est peniten-
 tia et salutaris. ubi semel emeris, noli de nouo
 mergi, quotidie peccando, edificando, diuendo, texen-
 do, dissolvendo, puerorum instar, qui frequenter
 domos quas erexerunt, reserpi iterato destruant.
 fuge scorpionem, cuius novisti stimulum: fuge dili-
 genter serpentem, cuius exploratam habes perniciem;
 nam qui secundo in eundem lapidem impigerit, caecus
 est, dum mente captus, non cernens quid fugiendum sit.
 Hæc curâ adhibita cum penitentia accede, cuius pro-
 sidio munitus, creatorem placare stude, humilis ac

tristi, demisso vultu, atq; suspicans, prosterita dolens, factu
 ra prospiciens. sic quondam Zachaeus telonius salvatus est. Luc. 19.
 sic rursus Matthaeus christi serus apparuit. sic quoq; fornicatrix
 caeca mulier, scortum luxuriose agens, atq; insatiable, libri Luc. 7.
 dingo, ac videntibus scandalosa, salvatoris pedes capillis capi-
 tis sui abstergens, ea lacu revocatur, profundorum, et impioru.
 sic etiam tu dissoluta, supercilia respiciens, miserabilisq;
 apparem, scriptum ad vitam revocabis, si quidem Deus detur son
 erigit, et humiles exaltat, se ipsos autem exaltantes divellit. Matth. 23.
 datur batus.

Vidit civitatem Sodomorum, et Gomorrarum, crudela gen. 13. 18.
 genus hominum et sanum, abominabile, temerarium, atq; ob- 19.
 scurum, quod omnibus flagitijs delectabatur, omni ex parte
 libidine laborans, violentum, lascivum, illudq; sulphure
 atq; igne perfundens, penitus profecavit, atq; combusit.

Vidit civitatem Ninivitarum illustrem atq; speciosam, Jon. 1. 3. 4.
 peccatis florentem, et sceleribus saturientem, quam se dele-
 turum funditusq; eversum epe minatus erat. Vidit rursus Jon. 2. et 3.
 in sacco et cinere homines delitij ac genio indulgentes, in
 fame atq; jejuniis, in fletu ac lacrymis, squallentes, ex pallescen-
 tes, timore metuzq; periculosos, diversos et peregrinos inter se
 factos, alios ab alijs, in similibus cunctos, in aequalibus in-
 aequales, liberos ac servos, divites et pauperes, praefectos et
 subditos, potentes atq; morigeros, masculinum et femininum
 genus, senes atq; lactentes, cunctos humiles vidit, et conti-
 nentes invenit. commiseratus est miseratus est, salvavit, peper-
 cit, in homines sua benignitate liberalissimus, poenam pro
 peccatis debitam dissolvens, et mendax potius haberi, quam
 crudelis tulit. sicq; peccatorum duritiam punit, non sinens
 obediens, sibi temere perire.

Festinate igitur, et orate, ut salsemini ac custodiamini:
 Dominus paratus est ad gratiam, ad sanitatem, ad auxi-
 lium, velox, ad redemptionem promptus. Concedit peten-
 tibus, aperit pulsantibus, praebet rogantibus. porrigit vo-
 lentibus, non invidet quarentibus, non repellit cadentes,
 manum ad salvandum extendit, gratulatur ijs, qui ex-
 solvi et liberari conantur. Comminatur non obtempe-
 rantibus sibi, et de suo dominio diffidentibus condolet.
 errasti respice. cecidisti: convertere, precare, obpera,
 procide, pede, quare accipe, daturq; persuade, adora,
 salvari ex pede, exora dare volentem, et salvare potente.
 Salvatus cave excidas: si excidisti, resurge: si reus sis, cor-
 rigere, post lapsum revertere, sanatus persiste, sanus
 sis per omnia, et conservatus averse morbum, que
 deposuisti. Cave igitur iterum incidas, quod recte ab-
 stergisti. quem semel restinxisti, cave in lutum incidas,

quod recte abstergeri: noli imitari porcos, qui caro delectantur: neque canes amulare, vomitum lambentes. Nullus semel missus manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei. Nullus semel ablutus, ad sordes recurrit. unus christus, una fides, una crux, una mors, una gratia, una passio, unam de heresio. Non est necesse maculari iterum, qui semel est oblatus, neque idem rursus recipi pretium redemptionis. Redemptus es, noli fieri seruis animo duplici. à peccatorum inquinamento ablutus es, cave iterum sordibus inficidris: neque enim aliud habes lavacrum, quod necesse tibi sit ad abluenda propositum.

Documentum 8.

Matth. 9.
 Mar. 2.
 Luc. 9.

 Dominus postquam à sine patris descendit, nobisq; factus est via salutis, in se hinc beatam ac divinam illam suam vocem de penitentia intenuit dicens: non veni vocare justos, sed peccatores ad penitentiam. Et rursus: non indigent qui sani sunt medico, sed qui mali habent. Si hæc ego dixero, nolo me audias: si vero Dominus illa dicat: quare contemnis, et vitam tuam negligis? quod si insanabilem tibi cognovisti vulnere, cogitationem, et actum in te latentium, quare occulta illa tua vulnera negligis, nolo te alio medico, ut cureris, ostendere, quousq; propria cogitatione distractus, negligis vulnus tuum, ut amplius putredine repleatur insanabile? quamobrem te ipsum odio habens, nequis liberari ab occultis vulneribus tuis: quid times medicum? non est durus, neque verò immittit atq; immisericos: non uritur ferro, nec medicamento quidem quætero vel cauterio: solo verbo sanat. si ad eum accedere velis, omnibus bonis abundans est, et misericordia plenus. propter te ex sine patris advenit, et propter te incarnatus est, ut ad eum sine timore et vacillatione accedas. propter te factus est homo, ut te à gravibus tuis vulneribus liberet: et cum multa dilectione, omniq; bonitate, te ad se vocat.

Accede, peccator, et sanaberis facile: absterge pondus peccatorum proice: preces offer, et lacrymas putredini vulnerum tuorum impone. Sic enim medicus celestis, et bonus Deus, lacrymis atq; gemitibus vulnera curat. Accede, peccator, ad bonum hunc medicum, et proproximo medicamento lacrymas offer. sic enim vult calere: sic medicus unumquemq; suum sanari lacrymis. Nullus est negotii lacrymis curari: hoc enim medicamentum non strictius devincit, neque exacerbatur vulnus, sed brevitate compendio, et sine molestia sanat. tuas expectat

medicus videre lacrymas, accede et noli timere ostende ei
 vulnus, et pro medicamento lacrymas ac gemitus offer. tunc
 enim ostium penitentia apertum est festina, peccator,
 priusquam illud occludatur. Non expectat ad tuam ne-
 gectiam tempus, ut neqz ipsum ostium te sequeat. Et
 Despicientem cernens tuum semper contumeliam sustinebit.
 quare tuam odisti vitam miser? quid prostantibus tua
 anima, o homo infelix? at tu eam, o peccator, spernis.
 Agnoras qua hora celestis medicus ostium medicina sua
 occludi iururus sit, accede, obsecro, festina ut cureris,
 si gaudium ex tua conversione asperre velis celestis exerci-
 tui. Sol iam ad vespertinam inclinabat horam, et propter
 te adhuc expectat, ut ad mansionem occurras. quousqz
 inimicum tuum immundum perfers? quousqz ad vespe-
 rio tuo impurissimo consentis, implentes eius volun-
 tatem perficiens? ille enim te quatit in ignem ather-
 num progere: hoc est eius studium, hoc ipsius munus,
 quod suis largitur amatoribus. ipse concupiscentijs
 suis pessimis, et immundissimis, continuum cum omnibus
 hominibus bellum gerit. ipse rursus sceleribus adversarijs
 in desperationem perducit obediens sibi, indurat
 eorum cor, et efficit lacrymas, ut non compungatur
 omnino peccator.

Fuge hunc, o homo; odio et abominationi blanditias
 eius habe. Debestare malignum, et fuge dolosum: ho- Joan. 8.
 micida enim est ab initio, usqz ad finem: fuge ipsum, o
 homo, ne te interficiat. Audite vocem illam vocem Do- Matth. ii.
 mini a sidue dicentis: venite ad me omnes qui labora-
 tis, et onerati estis, et ego vos requiescere faciam in regno
 meo. Tollite iugum meum super vos, et discite a me
 quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem
 animabus vestris: requiem dicit, et vitam tibi promittit.
 quid negligis, o homo, et cur differas de die in diem? acce-
 de, ne timeas, bonus et misericors est, dives et nullius in-
 digens Dominus noster: non requirit chirographum omnium
 peccatorum tuorum. perfugium a cunctis vitijs ipse est,
 sanat vulnera, donatqz vitam sine insidia ut benignus me-
 dicus. suscipit facile coram ipso procedentes, quandoquidem
 Deus magnus, et precognitor futurorum est, sciens uni-
 versas cogitationes nostras, quando quis ad eum adoranda
 accedit, ut sanctus. Videt cor eius, omnesqz propositum acce-
 dentis ad ipsum, et quod immutabilem plangz cogitatione
 habeat accedens. Tunc benignissimus Deus, ob magnam
 suam bonitatem protinus ab inquirentibus se invenitur:
 et priusquam homo oculos ad Deum attollat dicit ipsi:
 adsum: et antequam ad eum accedat, thesaurum coram
 loquente, et se inquirente aperit. priusquam effundat
 lacrymas, miserationum suarum thesauros effundit super
 eum: priusquam ipsum impleret, reconciliatur ei: et prius-

quam ipsum oret, misericordiam ab eo consequitur; charitas enim Dei sic requirit, et sic sult. Et qui in veritate accedunt ad eum, non cunctatur audire.

Neque rursus accedenti ad ipsum impropere dicendo: cur tanto tempore servisti inimico, me autem Deum tuum volens sperdisti? non querit praesenti temporis quantitate, sed tantummodo humilitatem, lacrymas ac gemitus sibi procedenti intueatur Dominus. Et quia futurorum praescius est, quippe Deus et creator nostrus, à vestigio cuncta peccata nostra, et offensiones cogitationum et actuum remittit, primamque stolam afferri ei iubet cum annulo etiam in manu dextra: omnesque Angelos sibi gratulandi praecipit, super animam istam peccatoris inventam. Beati enim nos cuncti sumus homines, qui Dominum adeo habemus bonum, dulcem, malitia immemorem, benignum, piwm, misericordem, et longanimum, semper iniquitates nostras, si tamen ipsi voluerimus, remitterent. Ecce enim hortatur: ecce longanimiter suffert: ecce cuncta nobis bona sua largitur in hoc saeculo, et in futuro, si voluerimus ipsi.

Sap. 8.
2. cor. 6.

Venite ergo, obsecremus, quamdiu in presenti vita tempus nobis suppetit. Donec enim hic sumus, semper Deum exorare atque placare possumus. facile nobis est indulgentiam deprecari, opportunum nobis tempus est ianuam misericordiae eius pulsare. fundamus lacrymas, quamdiu tempus est suscipiendi nostras lacrymas, ne labentes in saeculum illud, absque fructu et utilitate ulla plangamus: ibi enim pro nihilo ducentur lacrymae, quatum hic voluerimus tantum benignissimus remittat Deus: hic enim nos obsecrantes audit, hic nobis supplicantibus sibi remittit: hic nostra peccata, et iniquitates nobis reipiscentibus delet: hic oratio et obsecratio, ibi vero est ultio: hic remissio, ibi iniquitas: hic longanimitas, ibi severitas: hic indulgentia, ibi accurata exploratio: hic voluntatis libertas, ibi iudicia: hic securitas, ibi angustia: hic voluptas atque fructus, ibi tormentum et egestas: hic risus, ibi vero luctus ac gemitus: hic negligentia atque incuria, ibi autem supplicium: hic contumacia, ibi ignis sempiternus: hic cenatus vestrum, ibi vermis non quiescens: hic elatio, ibi humiliatio: hic rapina, ibi dentium stridor: hic cuncta deaurata, ibi heribrarum caligo: hic desidia, ibi nulla delictorum venia.

Atque omnia ista sentiens, cur nostra salutis a deo sumus ignari? non igitur mens nostra, a summi sacerdotis in amore atque dulcedine rerum terrenarum defixa hareat: ne plangens ibi noster amarus fiat. quam obrem sanari contremimus, quamdiu tempus adhuc superest? per modicas lacrymas exiguo hoc tempore per penitentiam remittit benignissimus Deus cuncta

peccata nostra. plange hic modicum, ne plangas ibi in
 saecula saeculorum: et ne humiliteris in tenebris exteriori-
 bus. gratus hic esto: ne ibi in ignem proferaris inea-
 tinguibilem. quis nos non lugeat et quis non defleat?
 odio habentes vitam, mortem diligimus. tecum ipse
 reputas mi pariter, et qua postiora atqz utiliora
 anima tua sunt, vide te tibi delige. quae enim tibi
 difficultas est, ut de peccatis in hac vita lugeas, et
 paritendo melior factus, hic obsecres, potius quam
 ut tibi in igne aeterno, absqz aliqua utilitate plangas?
 hic enim lacrymis indulgentiam, consolationemqz omne
 consequeris: ibi autem quamvis lacrymeris, supplicium
 consequeris, et ad pandam perges, ob decem millium
 talentorum debitum. at tu parum quid in hac vita
 persolve, rogando Dominum, ut tibi anima tua debita
 remittat. si autem hic nolueris ex multis pauca red-
 dere, ibi multis adhibitis cruciatibus omne tuum
 debitum persoluburus es. Matth. 18.

Atqz ista verba charitati dico, non quod ego
 dignus sim, et a secede in hac vita mundus, quae vivas. Job. 29.
 sed ex multo dolore ac tristitia, tribulationeque
 cordis ista commemo, apud mecum cogitans, quid
 nobis imminet, dum interim nos negligenter vivimus.
 Ego autem immundus sum et impie vivo actu, et cogi-
 tatione, nullius boni proorsus mihi confius: quin et
 nunc et semper peccator ac remissus solutusque meo
 deservio. atqz hac ideo charitati vestra dico, quo-
 niam dolore cordis mei semper angor ob futurum
 Dei iudicium horribile. omnes enim contumptores
 sumus perpetuo, existimantes nos in hoc saeculo sano-
 vichuros in aeternitatem: cum saeculum hoc transeat,
 et cuncta quae in eo sunt. Et nos, dilectissimi, ratione
 de his omnibus sumus reddaturi, tanquam scientes bo-
 na, et facientes mala: hieqz contemntes, ibi crucia-
 bimur, quoniam dilectionis Dei, et regno eius praeuli-
 mus terram, et omnia quae in ea sunt. aurum et
 argentum non liberabit nos ab igne formidabili: vestes
 et deliciae in nostram condemnationem reperientur
 ibi. frater ibi proprium non liberabit fratrem, neqz
 pater vicipin suum filium: sed stabit unusquisque
 in ordine suo, in vita, et in igne.

Multi sunt sancti, iusti ac pii deserentes mundum
 cum actibus eius, qui praclaro instituto atqz consilio
 libera voluntate, bonaqz spe praeceptis Dei obtem-
 perantes, confidunt se divinis fructuras bonis in
 paradiso deliciarum: Christum enim expectantes, omnibus.

corruptibilibus protulerunt ipsum. quapropter etiam
quotidie in Deo exultant, et in Christo illuminantur, ac
in spiritu sancto conquiescunt, indesinenter gaudentes.
Exultat in eis sanctissima Trinitas: letantur super eos
Angeli, et Archangeli: congaudent super eos Deliciae
paradisus. Verè sunt hi laudabiles, gloriosi atq; beati, per
omnia: quoniam Angeli et homines beatos eos predicant,
quod Dei dilectionem universis protulerint mundo. Et
Deus sanctus, iustus et Verus largitur eis caeleste solum
regnum, majoremq; ipsi gloriam donat, ut videant ipsum
cum sanctis Angelis semper in gaudio. At multi sunt
homines, qui terrena appetunt, et corruptibilia mundi,
quorum mens semper in corruptibilibus defixa haeret:
et propemodum ut animalia rationis expertia,
ciborum saturitate sua nutriunt corpora, quasi im-
mortalem hanc vanam sibi vitam ducunt.

Quid agis homo? quid vitam ut rationis expertis
traducis? prudentem atq; intelligentem, et discernendi
compotem te creavit Deus. Ne similis fias tuam impru-
dentiam, dementiamq; iumentis insipientibus. modicum
saltem vigila, te ipsum recollige, et agnosce ut sapiens
quoniam propter te Deus excelsus de caelo descendit
ut te ex terra in caelum elevaret. Ad nuptias cae-
lestis sponsi vocatus es, quid contempsisti, et quorū sunt
hæc nuptias? quo pacto ad nuptias ire poteris, quos te
verbum pretiosum ac nuptiale non habens, nec lan-
padem ardentem tenens? Et quomodo intrabis, si per
contemptionem ingrederis? laudies mox formidabile
illam vocem Domini: amice, quomodo huc intrasti
ad nuptias non habens verbum nuptiale mei regni:
per contemptionem intrasti: ut tuam nuditate in puria
faceres convivis meis. Iubeat Rex suis ministris di-
cerni: Ligatis manibus et pedibus, proiecite hunc miser-
rum in caminum ignem, ut comburatur ibi in æternū.
quoniam ego ipse à multis temporibus veni, et omnes
vocavi ad nuptias: hic autem vocacionem meam spre-
vens, non sibi preparavit indumentum ad nuptias.
Sed iubeo tormentis affici miserandum, quia regnum
meum sprevit atq; contempsit. Non ergo hæc times,
o homo? non contemnis, cum veniat? non erubescis,
cum propè sis sponsus, ut resplendeat? ignoras iam
omnia parata esse, caelestisq; tubam Divinum nutu
præstolari? Et quid acturus es ibi in hora illa, si ante
eam non te preparaveris? Donec tempus suppetit,
te ipsum in hoc ad illam Divinae beatitudinis præ-
para: Dei enim beatitudo dignis continget.

i. Cor. 13.

i. Thes. 4.

Beatitudine autem se dignos præstiterunt
Sancti; caelestis enim tuba de caelo resonabit dicentis:

110

Surgite dilectissimi christi: ecce Rex caelestis adve-
nit, rediturus omnibus vobis requiem et gaudium,
in vitam aeternam, pro labore illo pro exercitationis
vestrae. Surgite et cernite Christum Regem, sponsum
immortalem, quem desiderabatis: illius enim amore ac de-
siderio facti estis incolae super terram. Surgite, cernite
decorum et magnam eius gloriam. Surgite, cernite regnum
eius, quod paravit vobis. Surgite, intuemini Christum
desiderabilem vobis. Surgite, et videte Dominum, cuius
vos aspectus sine fatigata delectabilis quem dilexistis,
propter quem passi estis, propter quam tribulationes
sustinuistis, propter quem pietatis ac religionis studia
coluistis. Venite tunc et videte eum fiducia quam
expetebatis. gaudete et exultate cum ipso latitudo in-
narrabili, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Joa. 16.
Venite, preferimini bonis, quae oculus non vidit, nec
auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt, quae
vobis donavit ipse desiderabilis Dominus: rapientur
enim sancti in nubibus lucidis obviam ei. Evolabunt
etiam iusti et digni Deo in sublimitate aeris cum glo-
ria inenarrabili videre sponsum caelestem et immorta-
lem. quis putas ita dignus reperietur tunc, ut rapia-
tur in nubibus aeris, hora illa, magno cum gaudio
obviam christo? omnes quidem digni tunc reperientur
in gloria, sed cuncti impii ac peccatores Deo sunt relin-
quentur cum confusione maxima. beatitudo atque lati-
tudo erit dignis, supplicia autem et confusio peccatoribus
universis. beatus ille, qui hic studuit dignus inve-
niri in horam illam: contra vero miser atque infelix is,
qui se ipsum tunc indignum reddiderit. Nubes in illa
hora omnes sanctos a terra in caelum rapiunt, rursusque
impios Angeli abiciunt, ut in caminum ignis in caelum
subleventur.

Quis dabit capiti meo aquam longe immensam,
et oculis meis rursus fontem lacrymarum jugiter scatu-
rentem, donec tempus erit lacrymas meas suscipiendi,
ploremque me ipsum die ac nocte, Deum rogam, ne in
hora ipsius adventus inveniar indignus, et ne terribilem
illam Domini vocem audiam: Discede a me operarie
iniquitatis, nescio te, quis es unde sis? Deus altissime
qui solus sine peccato es et immortalis, largire mihi
peccatori in illa hora multas miserationes tuas: et
ne tunc mea appareat impietas, qua nunc est occulta
coram Spectatoribus Angelis, Archangelis, prophetis,
Apostolis, iustis ac sanctis. Verum salva me impiam
gratia, et miserationibus tuis, et induc me in paradysum
deliciarum cum omnibus iustis.

Documentum 9.

Discamus, o peccatores, quid sit misericordia. Discat avarus, quo pacto se in alios benignum exhibeat. compatiantur nobis mutuo in pace, pleno affectu, omni benignitate, antequam nos possit improbi adversarius dissipare. quae internus mihi instinctus demeritat cunctis manifesta cupio. tamen si demens ego sum, discerimus (cum sim imperfectus) quae non seruo: discat alius et seruet. ut tamen sermo, sive ex me, sive ex vobis, non moriatur, aut absque fructu maneat: neque etiam regis salentium ad negotiandum in eo, abscondimus, quod vita quatuor plenum est: nolim me ducem sequarum, o homo, si a via recta deflexero, et si peccantem me conspexeris, ne iniquitas vestigium meum, Deum et scripturas sacras, quibus anima nutritur, contempseris: quae traduntur precipiuntque exequere, et sicut edocuit es, ita in ypsilon ambula, et persevera. Doceri ab aliis vehementer cupio, quae ratione vitam tradere: docendi murus perhorresco. frigiditatibus me stare ne compertis, dum me ipsum examino. Vulnera mea obligo, sed expiare conor: mutuum cum favore expeto. Ne discendi labore fatigeris: nam et ego doctus mentista fuis torqueor.

Quid inani cruciaris dolore, o fili! quorū sunt frustra lamentaris? malignus ille persequens mentis tuae offundit tenebras, ut sis ei pars hereditatis: quoniam satanas subdoli ac fraudulenter multo more rore conatur afficere, gloriae expellere, et in gehennam dehaerere: furto tibi sublatum est thesaurum, sed adhuc bona negotiationis tibi aperta remanet via: tempus adhuc tibi suppetit recuperandi thesaurum, modo ne desperes: quare sedulo ac sollicitè eam collige, atque recupera. Et si telo vulneratus sis, peritus animo ne concidas: ad mortem usque perferas, ne timeas ictum. Ostende tuam in certando scientiam ac robur, ut resurgens gloria corona texatur tibi. Et si a latrone spoliatus sis, a cursu incognito cave de sistas, in bello contingit ut et feriamus et vulneremur. Etiam si perina tuum agrum laeserit iterum ac tertio fodito, impigres ipsum excolito, et diligenter serito. Ecce plena tibi nubes et pluvia adveniant. ne te latro pellat via: non te decasit, neque onere in medio via relicto, procede. Et conflictu ubi vulneratus es, victoriam referre contunde.

Quomodo antea tuos thesauros spoliatus es, poteris rursus tibi eundem recuperare: nam in loco in quo Rex Achab fudit sanguinem iusti Nabath insontis,

3. Reg. 21.

ibi canes lincerunt sanguinem impij Achab, sicut scriptum est. Naboth ejecit propria vinea, te autem peccatum. 4. Reg. 9. removere vult a Christi praeceptis. Achab autem satana tyrum gerit: at Jerubel figuram iniquitatis. uterque vero suum sicut sanguinem sicut sanguinem Naboth capere vult impius Achab, qui sicut Iolo iustum illum peremit. Ita et iusto Dei iudicio panas luit: ad occidendum celer fuit sed ipsemet perire simulatq; ultus est, iustus Deus apparuit. Et nunc quidem invisibile nobis est colluctatio sicut ait scriptura: nostra autem colluctatio non est cum sanguine et carne. satanas latenter atq; dolose homines impugnat. Dominus autem manifesto hunc ictu vulnerat, nobisq; robur addit ad conculeandas cunctas vires inimici.

Non est tibi levis nisiq; digna colluctatio, mi homo; siquidem bellum tibi magis magisq; augetur, ut ehyse proberis ipsi qui legitime certant. Et si septies cecideris, superare contende. similis es cadaveribus, non expertuserbera. multi cum hostibus non congredeudo, manusq; conserendo, in experti manserunt. Dum enim suos ipsi vident hostes, de industria mox se omni studio inter mortuos coniciunt. Est quispiam qui bellicam aciem cernens illico pertimescat, latibulumq; aliquod occultum, in quo se abscondat, investiget: alius vero telum sibi ex corpore abstrahens, magno conatu in hostem suum iteuit.

Cui nocet impius peccata peccatis accumulans, nisi sibi? similiterq; agrotus se ipsum deplorans, desperando? potius igitur sibi sanitatem agrotus deprecatur et peccator agere penitentiam studeat: corpore languens, medicina adhibeat. similiterq; peccator animam purget. quis nummo e marisio extracto, marisipium ipsum appetatur, et abicit? aut quis unquam mercator relictis mundanis, col: lectas reliquias ad merces in mare proiecit? Cave seipsum spoliis almis quo habes ipsq; coram hoste tuo abiecit ei terga setas tempore tui certaminis: quamdiu te ei non dederis, belli occasio remanet. Et si mare cuncta tua abripuerit, te autem vivum reliquerit, satis dices, si vitam obtines. quod si navis alicuius eversa fuerit, ipse arrepto ligno seipsum falsabit, at tu in ligno crucis Redemptoris, seipsum confirma coram cathedra miseri: cordisimi ac gloriosissimi Regis. tempore certaminis atq; conflictus, qui ferunt vulnerantue, non vitantes limitem. qui hodie vincit, paulo post vincitur, alia vera cum laude superat. non tenebit verberari athleta, confidens fore ut a Rege, si vicent, honoretur.

Ne differas Deo in diem ad Dominum converti. An peccatis vixisti? tempus certe penitentiae, ex animo adhibe: et nequaquam te repellat, quin et mercedem.

constituet legitimam. Cave moreris de die in diem adhibere
penitentiam; quod si non audieris, vel intellexeris de im-
probis actionibus, et intentionibus malis eorum, qui postea
ad Christum conversi sunt: illos ego tibi enarrabo, ut et
illos, quos ab errore Daemonum curavit Deus, imitari
discas. Abraham primum gentilis erat, et Chaldeus; latro
quoque de seipso, operibus suis perhibet testimonium: quia
et magnus. Moyses, eadem quoque passus est: paulus antea
homo persecutor, et hostis fuit: tu autem Raab in me-
moriam revoca, ut fide salvata sit. hec etiam peccatrix
melior ad Christum confugiendo, salutem consecuta est.
Omnes isti salvati sunt, ne sigillatim tibi cunctos, qui
penitentiam egerunt, commemorare sit necesse. At cuius-
modi lucrum ex ipsius adventu, quem gentiles
suppliciter Deum deprecantes, obtinuerunt? quid boni
tibi, ex eius accedente morte, quamdiu vivis in peccatis
versaris? quare penitentiam ad ipsum adducere festina,
ut vitam tibi largiatur aeternam.

Documentum io.

i. Joa. 4. Ne ergo vano percellamur timore ac timore,
quidem qui non est timor: perfecta enim charitas fo-
ras mittit timorem. Et quis timor mundanus, ad timorem
divinum comparatur? quae gloria hominis corruptibilis,
ad Dei magnificentiam, ineffabilemque potentiam ac
gloriam immarcescibilem? cum igitur adhuc terrenarum
rerum cupiditate distrahimur, mentem nostram per
fidem ad invisibilia adire nequimus: quantum vel
ex vis, quae connumerantur, et audiuntur, ineffabilem immor-
talis Dei potentiam conjectantes timeamus ipsum. Deo
volens transponere aliquam petram, nisi sectibus atque
admirulis utatur, eam suo movere loco non poterit.
ps. 99. ipse autem in terram aspidem, tremere eam facit.
non igitur mente obstupescis, considerans cuiusmodi
montes et pondera vel solo aspectu moveat. Et quo
ps. 92. pacto rursum solo verbo divina voluntatis sua, unum
versum fiet et orbem? non admiraris autem et super
ps. 17. coruscatione fulguris, et sonitu tonitruus, quod non modo
his terrenarum homines, verum et aves, et ferae, et quae
in aquis vivunt? sed quaecumque dixerimus, non asequimur.
ps. 94. quare precidamur ipsi, et ploremus coram Conitate
eius, confitentes, atque dicentes: tu nosse Deus, et non
est alius Dominus; tibi peccavimus, tibi genibus ad vol-
vimur: neque enim est qui resistat tibi. si vis, poteris nos
salvare, Domine: bonus es Domine et misericors.
Et licet simul raptim cecidimus, per penitentiam
sanari studebimus. Et verò ut homines abiepti per-

turbationibus sumus, ne in finem usque, animum nostrum
 respondeamus: sed agnoscentes illum, qui nos vocavit, Deum
 et vocationem qua vocati sumus, ipsum dicentem audiamus,
 penitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Luc. 3.
 Nec vero super aliquibus peccatis limitavit penitentiam
 super quibusdam autem non, sed ad omnem plagam
 peccati, nobis magnus ille animarum nostrarum medicus,
 dedit magnum hoc remedium. perveris igitur animis
 nostra mores excidamus, et loco cauteriorum, timore
 utamur divino, in quo poterimus peccati impetus re-
 primere, ut non confundamur in resurrectione mortuo-
 rum: quando omnia prodibunt in lucem, sive boni
 quid egerit quis, sive mali: ait enim sacra scriptura:
 quae est vita nostra? vapor est, et ad modicum parens. Jac. 4.
 et deinceps exterminabitur. concupiscentias igitur acu-
 teatas atque spinosas omittamus, casta cogitatione in-
 soltus libidinosarum cogitationum repellentes, quia
 scriptum est: sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Levit. 11.
 ut gratia salvatoris nostri Dei, parem sortiamur im-
 mortalem. obliquiscaturque nostrorum peccatorum.
 Dominus per suas miserationes, nostramque conversionem
 et veram penitentiam. Et si quis eorum, qui videntur
 abundantius laborare, murmuret de magna miseri-
 cordia Domini, uti quod celeriter assumptus sit, pro
 te rationem est redditurus, omnis creatura Dominus
 dicent: amice non facio tibi injuriam: nonne dena-
 ro conveni tecum? Deus enim qui justificat, quis est
 qui condemnet? Matth. 20.
 Rom. 8.

Documentum ii.

Cur fluctuas anima, marorum quae saba procel-
 lis? usque quo multimoda cogitatione turbaris? mens
 congesta radiis, itineris devia carpens, te amissis caligi-
 nis subducta luce percurris. Non ablatas res, seculas
 mundi, saepeque suspiras: nec casus honoris, sed ruinas ani-
 me ploras. Non hac defunctoria doleas exita carnis:
 sed perperantia barbari tormenta formida. Nec
 arumnas carceris abigas quibus in fine carebis: sed iugis
 Averni miseras prospectans evita. quae hic redimi
 facili compendio possunt, si mundi affectus in amorem
 christi convertas, et te non negligas ab iniquitate pri-
 vare. cuncta peccata a corde divulsa propellas, res
 iniquas penitus remove, saltemque percipis ab horre,
 ut sinceritate rudi sel sero reniteas. Abiecit te
 mundus, percussitque, respersit, derisit. quare non conside-
 ras quid a te christus exquirat? non humana manu
- Isa. 42. Clamare libet mihi cum Isaia propheta: patiens fui, sicut parturiens loquar, et dissipabo eam et perdam, si tu ipsum nosti, si fons in te fluit spiritus sancti, constat dissipator, et perditos esse inimicos tuos. Non est inquit salvator
- Luc. 17. noster, regnum Dei hic aut illic, sed intra vos. sunt qui loquuntur ea, quae regni sunt, nec tamen faciunt, sunt rursus qui ea faciunt, sed minus scienter, et considerate pauci pimi vero, intra quos sit regnum Dei, ut salvator ait. ad hos pervenit spiritus sanctus, in his impletus est sermo Joannis Evangelista: potestatem dedit eis, filios Dei fieri, ipsi qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. isti liberati sunt a dolore, qui etiam in salutem in dolore filios paries. isti liberati sunt ab acerbâ tententiâ, quae lata fuit in Adam. male dicta terra
- Gen. 3. in opera suo. isti sunt, qui gratiam accipiunt, quam accepit Maria. quia spiritus sanctus supervenit in te, et viribus altissimi obumbrabit tibi. quemadmodum enim dolor cepit etiam, et semen eius ad hunc usque diem: sic gaudium cepit Mariam, et bonos omnes christianos in perpetuum. sicut igitur ex amuriam filij Eva, et maledictionem eius in nos per malas nostras cogitationes agnoscebamus, ita debemus intelligere, nos esse filios Dei per bonas spiritus sancti cogitationes, et christi passionem, siquidem vere sunt in corpore nostro: sic enim
2. Cor. 13. ab Apostolo scriptum est: probate vosmetipsos utrum christus in vobis sit, ne forte reprobi sitis, quando enim ferebamus imaginem terreni, cognoscebamus nos eius esse filios ex turpi materia cogitationum in nobis habitantem, quae mortis sunt animi: qui autem caelestis gestalt imaginem cognoscunt se Dei filios per spiritum sanctum in ipsis
- Isa. 26. habitantem. Isaia enim clamat. ex timore tuo Domine in utero concepimus, et parturivimus, et peperimus spiritum
- Eccle. 11. salutis in terra. Et rursus in ecclesiaste scriptum est: quemadmodum comprimuntur opa in ventre gerentis, sic est via spiritus. Nam sicut sancta Virgo gestavit Dei filium in carne, ita qui spiritus sancti gratiam accipiunt, concipiunt, et gerunt illum in corde suo, sicut Apostolus ait: habitare christum in interiori homine per fidem in cordibus vestris. Radicati et fundati in charitate, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis. Et rursus
2. Cor. 4. Habemus Cingit, thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis.
- Colos. 3. Si illic igitur pervenisti, ut eadem imagine ex gloria in gloriam sis transformatus, et impletum est in te illud Apostoli: et pax Dei exaltet in cordibus

vestris, et si in mente vestra est christus jesus. et quoniam
 niam e tenebris lux effulset in cordibus vestris cognitionis
 Dei: et si adimpletum est illud in te: sicut lumbi vestri praeduce. i.
 cinchi, et lucerna ardentem in manibus vestris. Et eritis sicut
 servi, et peccantes Dominum suum, donec revertatur a rump.
 tis. ne obturatur os tuum, non habens quod respondeat
 in medio sanctorum. Et si nosti te, quemadmodum virgines
 illas habere oleum in vase suo, ut sponsus obviam procedas
 neque excludaris. Et si cognoscis spiritum tuum, et animam,
 et corpus esse conjuncta sine reprehensione, ut in die
 Domini nostri jesu christi sine macula appareant. Et
 si te non accusat, neque arguit conscientia. Et si parvulus
 factus es iuxta sermonem salvatoris dicentis: sibi par-
 vulus venire ad me, talium est enim regnum caelorum: vere
 sponsa eius facta est anima tua: et spiritus sanctus in te,
 nunc etiam dum es in corpore, conquiescit. Matth. i.

Quod si non es eiusmodi, dolorem et gemitum acerbum
 exspecta, quoniam dedecus, et ignominia praecedent te
 in conspectu sanctorum. quemadmodum virgo quotidie
 manum suam fregit, nihil aliud curat, nisi ut ornentur sponso
 suo, et speculo explorat diligenter, ne qua macula reperi-
 deat in vultu suo, quia sponsus offendatur: sic magna quo-
 tidie cura, et diligentia sancti cogitationes et sermones,
 actionesque explorant, ne quid in illis sit, quod cae-
 lesti sponso displiceat. nullis neque animi, neque corporis
 laboribus paratis, et aeternum illud gaudium asequare
 quo pauci reperiuntur digni, nimirum illi, qui spiritu
 gladio animum, sensusque suos ab omni inquinamento 2. Cor. 7.
 et monet Apostolus mundaverunt. adiversis Deus in
 firmitatem nostram, et in numero sanctorum eius
 esse mereamur.

Documentum 18.

Formidabile est mysterium mortis, quando quatit
 animam exercitus ille horribilis. incutit timores, formas
 metus, delicta improperat, ad se trahit caecantem,
 interminat luxuria, ut ante tormentum, talis moles-
 tia sufficiens sit ad cruciatum. Tunc quidem miser hor-
 rescit, veluti mortiferam venenum degustaverit. ingra-
 vescit calamitas instabilis tenoris, et atrocium facinora
 fit attonitus, obmutescit sensuum vigor, deflorescit
 inconsiderata dolorum perpessio, affligit acrimonia
 vehementi, et ignominia ineluctabili penitus deficit. Nun-
 quid ignoras, quomodo in nostris die venent animam
 flagitia, quomodo cor deorsum premant? sine est
 quod plerique timoribus corripantur, vultus horrendos
 conspicant, quorum ulterius aspectum sustinere
 nequeant. De subito enim attollentes caput, innituntur

cubito, et lectum ipsum cum multo impetu concutunt,
oberrantibus oculis huc illucque prospiciunt, a circumspiciunt
anima metit et nolens a corpore separari. Nam si homi-
nes horrendos conspicientes veremur, Angelos miniferos,
virtutes inflexibiles cominus videntes quid non patiemur?
Ecl. 5. audi quid tibi dicitur: ne differas de die in diem, ne cadas,
inquam, non exspectans diem, quando defecerit te vivendi
occasione, defectus autem, et tribulatio inconculabilis super-
veniet quando medici cadent, domestici fugient, quando
difficillimas respirandi erit densa, et sicca, febre incendente
te, ad depopulante. quando suspirabis ab intimo cordis, nec
invenies adjuvantem gracilis ac languidus, non erit qui
te audiat. nam omne quod tunc a te dicitur, quasi deli-
ramentum, quasi infantia, quasi demencia contemnetur.

Nullus itaque te decipiat frivolis et vanis sermo-
nibus, superveniet tibi repentinus interitus, et verbi-
procellarum similis. Veniet angelus immittis seducens
cum violentia, et trahens tuam animam ligatam pec-
catis, frequenter severtentem ad ea quae sunt hic, et
lugentem sine voce, organo lamenti, ac tristitia inter-
cepto. O quoties lacerabis te ipsum! O quoties suspira-
bis otioso penitendo, in his quae male voluisti, et fecisti!
quoties loqueris in dolore cordis tui: ve mihi quia non
vales abijcere grave hoc pondus peccati! ve mihi quod
macula nequeant abluere! O prava consilia! O fadi con-
cubitus, quia usum peccandi ad tempus habui, aeternaliter
cruciar. propter carnis voluptatem, et ardorem, igni-
trador; iustum est, iudicium Dei. vocabar, et non audie-
bam, contestabantur me, et ego deridebam. haec et huius-
modi conclamabis, si praerestus fueris penitentiae. tunc
miserere tui. imprimenti tibi novissimum diem exitus
angustiam, suffocationem, et horam directionis spiritus
sententiam Dei irgentem, angelos festinantes, animam
inter haec fluctuantem, obtenebrescentem, fermentem
vehementer, dubitantem inutiliter, penitentem quando
nihil prodest. audisti Deum dicentem: dedi illi tempus
ut penitentiam ageret, et noluit penitere. non est quod
cum causa dubites, non est quod sine causa desperes. His
ad confitendum exemplis accingere, his ad penitentiam
armare. differet enim Deus penam, ut inveniat peniten-
tiam, et morabur ubi non spatium, proleat patientiam,
ne invadat censura, quod clementia possidebat, non
praeterita mala exspectat Deus, nec errata computat, sed
correcta laudat. Habes promissum ad penitentiam
suadentis tibi, si non penitueris, impellat. Et dedit, in-
Job. 24. quid, illi tempus, ut penitentiam ageret, et noluit peni-
tere. Huc similiter accedit illud propheticum: Et dicit,
Gen. 3. postquam fornicata es, ad me convertere, et noluit ad-
me reverti postea.

Quare, si in desperationis gurgitem, enormi-
 tates tuorum scelerum circumactante immergere,
 illud tibi spes promissa reparationis demitur, rapit
 te sebens in abruptum vorago facinorosa, et claudetur
 oculi nocte peccati, ne veri luminis videant radium per-
 micantem. Huc atq; illuc te circumducunt angeli de-
 ceptores, fient gratia cuncta flagitia et peccandi licen-
 tia tibi penitus allubeat. Tenebit te diabolus sub
 specie libertatis addictum, ut sit tibi liberum pecca-
 re, non vivere. captivum te tenet auctor scelerum,
 pedes tibi libidinis inposuit, et undiq; te, segit armata
 custodia, legem tibi dedit, ut licitum probet omne quod
 non licet: et vivum te in sterna mortis fossam demersit.
 Confitere quae cuncta, quibus te reum meminere, con-
 fite, et faciem Dei proveri satisfactionis officio: hu-
 milia ante eum cor tuum, et in conspectu eius curra cer-
 vicem, flecte genua, et elis vultu terra prosterne te,
 suscipiet continuo gemitum tuum caelestis medicus, qui
 fidem probare consuevit penitentibus ac patrosolus.
 scriptum est enim: misericors omnium Domine, quia om-
 nia potes, et negliges penam hominum propter peni-
 tentiam; subest enim tibi, cum vales popo. convertimini Zach. i.
 ad me, inquit, et ego convertar ad vos. hoc est indignatio,
 quam de pietate minatur: hoc est ira, qua inferit mis-
 ricordiam. felix homo, qui Dominum suum agnoscit Eccl. 5.
 vocantem, qui conversionis suo tempus non prolongat
 delectationibus, qui in flehu sternitur, ut in letitia
 erigatur, qui serit in lacrymis, ut in gaudio metat. Ne
 tardes converti ad Dominum, ne ira eius in tempore
 vindictae disperdat te: misericordia enim, et ira ab
 illo. non demus corpora nostra scelerum ditioni, sed
 obediamus apostolo dicenti: non regnet peccatum in Rom. 8.
 vestro mortali corpore ut obediat ei: ut quia deesse
 non potest, certi non regnet, hoc est, non sine respectu
 evadendi, abrupta fiat peccandi licentia. quando
 probas restare tibi tempus cum nobis inopinatus super-
 veniat exitus interminabilis et vite nostra dubia sint
 cuercula, pro incertitudine mortis. audi dicentem
 scripturam: vivens et sanus fateberis, et laudabis Do-
 minum, et in partem vade sancti saeculi cum vivis, et
 dantibus confessionem. Certum enim habet donum venia,
 cui pariter premittitur.

De penitentibus scriptum est, quod de derisus
 Deus vitam justitiae, et confirmabit deficientes sus-
 tinere, et destinaverit illis sortem veritatis. fideoque
 in Evangelio monet te dicens: quando vadis cum adver-
 sario tuo ad principem, in via, da operam liberari ab
 illo, ne forte statuat te ad iudicem, et iudex tradat
 te exactori, et exactor mittat te in carcerem, dico

tibi non exies inde, donec non ipsum etiam quod carcerem
reddas; sed nunquam redditurus est, quia non erit aliud
iudicium: quare nunquam dehaerit cruciatum. Magna
est faciem entum penitentiam. audi Christum, quare
faciat penitentiam: aderant Cingit dicens, in ipso in
tempore quidam mentiantes illi de Gallilaeis, quorum
sanguinem pilatus misit cum sacrificijs. Et respondens
dixit illis Jesus: probatis quod hi Gallilaei pro omnibus
Gallilaeis peccatores fuerint, quia talia passim sunt?
non dico vobis, sed nisi penitentiam habueritis, omnes
similiter peribitis. De iuda Gallilaeo in Actibus ap-
tolorum legitur: hic legi peritus existens, dicebat
nullum hominem, nec etiam ipsum Caesarem Domini
appellatione cenferi debere, nec aliud quam quod
Moses praeciperat sacrificium fieri. Et propterea
iuda sanguinem atque discipulorum eius sacrificijs, quae
pro Caesare fiebant, commiscuit pilatus, sed hoc iuda
peccatis, et sciorum iudaei adscribent. salvator autem
iudaei, et eius socii non negat fuisse malos, sed idem quod
alii scelerationes fuerint, non confitebatur fuisse passim.
Idem aut, nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peri-
bitis. talibus fideles debent inservi, non exaltari. non
enim si nobis in portu navigantibus, alij succumbunt
tempestatibus, idem iusti sumus.

Amo tunc eorum erudimur eventu, ut absque
dilatione in melius nos emendemus, ut non pereamus,
sicut illi a Tito et versasiano sunt perdit, et in in-
ferno cruciantur sine fine: quia non penituerunt.
ad penitentiam similiter pertinet parabola, quam
de ficulnea subiungit, cuius fructum triennio Domi-
nus expectaverat. ficulnea quidem unusquisque nos-
trum dicitur in vinea plantatus, et aqua baptis-
mi regeneratus in ecclesia. procurator vinea Angelus
datus nobis ad custodiam, qui gravioribus periculis cum
affligimur, ad Dominum interpellat pro nobis: Domine,
inquit, dimitte eum, qui etiam hoc anno penitentiam
aget. hic tibi monstrat fossam, cui committenda stercora.
seditur peccator, quando pulverem anime negotijs
secularibus excutit, et factus levior bonis fructibus periturus
batur. stercora vero tunc in circuitu mittuntur, quando
pro pretiosa, et molli veste, fructus causa vilis et aspera
inducitur, cum pro gloria, et pompa huius saeculi monasti-
cam, seu cuiuslibet sanctae conversationis normam imp-
lectitur. si non feceris post spatium, trienne fructum
ut otiosus, ut ineptus, ut terram tantum occupans, et vi-
nea excideris. Nam triennio se in peccatis perseveran-
tem, in adolescentia, iuventute, senectute proximis contumens
et carum gnarus, scandalizatur, atque deterior

quare merito ille succidendus est, cum sterilitate nu-
tendus, ad ferendum fructum proximum vehementer im-
pediat. Non potest fructum facere, quem iucunditas
gaudiorum a seipso dissipare. Omne quod carpitur de se-
derio corporis finis calce succiditur. Deformis certe
anima remanebit, si saltem penitentia vel ieiuniis
et confessionum amictibus non obsequatur. Superbia
corporis festinas abscondere, et anima maculas non con-
tendis abolere, per penitentiam? si hic penitendo non
aboleveris: confitendo coram non averteris faciem Dei
a peccatis tuis: in inferno te nolente nota erunt, et mani-
festabuntur omnibus.

Documentum 19.

Debes diligentissime discutere, qualis modo sis,
et quantum a statu et fine tuo distes, id est, quam sint
vires et affectiones animae tuae deformatae, in dispo-
sita, et deordinata, quaeque multis et varijs cupiditatibus
cor tuum sit pollutum. si anim non sentis, quomodo
et in quibus vires, potentiae et affectiones animae tuae
deformatae sunt, quomodo reformabis? si ignoras quibus
cupiditatibus cor tuum est sordidum: quomodo quae
purgabis, cum nihil in te videas purgandum? fugiter
ante omnia in hac parte te ipsum discere agnoscere,
et quid purgandum fuerit scire, ut ita in te verum
spe prober, quod cognitio propria initium sit salutis.

Tria autem sunt praecipue quibus tuam deforma-
tatem poteris agnoscere, et quibus cupiditatibus pollutus
fuerit edoceri. primum est, ut te ipsum diligenter
discutias. secundum est, ut tuos defectus ab alijs fre-
quenter et libenter audias. tertium, ut viriliter vitijs
resistendo, eorum in te fortitudinem per eorumdem
contra te resistentiam experiaris. per primum te ipse
vides, ut qualis fueris discas, per secundum audis, ut
quod vidisti, credas, ut fiat fides ex auditu. per ter-
tium quodammodo manibus palpas, ut omnino contra-
dicere, quin ita sit, nequeas, ne in aliquo valeas dissi-
mulare.

Ut igitur te ipsum per diligentem disquisitionem
tui ipsius discas agnoscere, esto tui ipsius iustus iudex
et rigidus imperator tui micascosmi. frequenter vel
saltem saepe ascende tribunal, et accersis coram
te quibus regimen regni tui, id est, tui ipsius commi-
ssisti. et primo a principalioribus, id est, intellectu,
affectu, et memoria rigide discite, quomodo una-
quaeque officium suum expleat, et quantum distent
a sua originali institutione, pro qua indita sunt
tibi. Vide utrumne ratio tua sit creonca; vide

utrum se implicet circa curiosa, relinquens salubria.
Vide utrum ne decepta proprio iudicio magis de se
sentiat quam debeat, magis scilicet sibi, magis sanctum
episcopus, et ita contra te in regnum tuum introducat super-
biam, solentem te aliquid esse, vel te ferentem super
alios. Item an introducat pertinaciam, sibi melius quam
quibuscumque alijs credentem, et ita te sua decessione
faciat indocibilem, informabilem, bonorum consilio-
rum incapacem. Et de multis alijs sibi commissis, coge prop-
riam rationem tibi rationem reddere. Deinde examina
affectum de sibi commissis. Vide quidam est, quid odias, et
precipue vide unde latebit, unde trahetur, et pertrahetur.
Vide utrumne concupiscibilis, sepe contra tuum
imperium introducat appetitum gula, luxuria, avari-
tis. utrumne irascibilis iracundiam, desperationem,
et sic de alijs. Deinde voca inferiores officiales circa
minora occupatos.

Vide sine oculis saepe impudice respicias sine
auris lapsiva et nociva. Etenim audiat. Et breviter to-
tum statum tuum secundum interiorem, et exteriorum
hominum diligenter examina, si scilicet omnia tibi a Deo
vel hominibus commissa, sicut debet fideliter et diligen-
ter studeas adimplere. Item vide precipue an cum
omnibus charitatem teneas, an non ingratam cedas con-
scientias aliorum scandalo, inquietudine, singularitate
vel novitatem presumptione.

Debes etiam quotidie aliam de te facere exami-
nationem licet breviorem videlicet de quotidianis ex-
cessibus tuis, ut scilicet omni die videas utrumne fueris
negligens in orationibus tuis, et meditationibus, et prece
in operationibus. Utrumne fueris negligens ad resisten-
dum tentationibus, ad expellendum malas affectiones
in quibus forsitan immoratus es, et sic de alijs multis. Si
autem homo pro dicto modo districte te examinaveris,
hunc invenies quantum vires anime tue sunt deforma-
tae, quantum affectiones immundae, quantum per heru-
salum descenderis, et vere in Gericho mutabilis, et
in regionem dissimilitudinis prolapsus, sicut invenisque
quod inimici hominis domestici eius, ut exclamare opor-
tuit. amici mei et proximi mei adversum me appro-
pinquaverunt, et steterunt. et qui iuxta me erant, id est
vires anime interiores, quae maxime iuxta eam sunt, de
longe steterunt, motibus suis impugnando. Invenies quod
solum tibi velle, adiaceat, et in nullo alio in te perfi-
cere invenias. Ergo velle tuo, et voluntati tuae districte
precipias, ut omne quod per istam discussionem inve-
nisti in te, et in regno tuo neglectum, dirutum vel male

actum, ipse volentis disponat, reedificet, et emendet. hoc autem hinc facies, si de omnibus fervida voluntate proponas te emendare.

Et vere homo multum in sui cognitione per praedictam discussionem sive in generali de toto statu tuo, et ordinatione, sive etiam de quotidianis defectibus in speciali proficeres, si te sine dissimulatione, sine palliatione et palpatione, iudicares, si velum proprii amoris, et ad te ipsum inclinationis, quod in te oculum caecat, vel extinguit, et iudicium rectum pervertit, removeres. tunc vero zelus ipse quem ad te nimium geris, non sinit te recte de te ipso sentire, et iuste iudicare. iade est quod frequentius in fundo cordis tui nescis, quomodo te ipsum caecitas vel alleviando blandiris, etiam in vitiis et defectibus quos aperte in te vides. Hinc est quod sententiam quam de te ipso proferis, non sustineas patienter ab alijs confirmari, nec qualem te iudicas, ab alijs velis reputari.

Si vero te ipsum vis agnoscere, et sanctos qui propria cognitioni studuerunt, imitari, summo condamine stude, ut vitia tua etiam ab alijs frequenter tibi innoteant, ut sic tibi fiat fides de te ipsa auditu aliorum. unde egregius doctor hugubonus scribens ad sanctum Hieronymum: video, inquit, inherere vitia mea, sed malo ea audire a melioribus, ne forte dum ipse de me sententia profero, meticulosam forsitan mihi potius quam veram videar intulisse sententiam. Et ergo dicit beatus Bernardus: Durus quod saepe in istis nos melius videt oculus alienus quam proprius. Tanto siquidem alienus verius de nobis sententiam, quanto liberius ab inclinatione ad nos vitiosa quam nos a vero de nobis iudicio propedimus.

Si scis homo qualiter per suam discussionem te ipsum discernere debeas, et qualiter ab alijs tua tibi vitia referentibus debeas libenter audire, et quod tu discretus, quaeas firmius credere, accede ad tertium quod est his duobus efficacius ad sui cognitionem promotivum, quod in nullo sinit, ut vitia dissimules, sed facit te ea quodammodo, ut ita dixerim, manibus palpitare. hoc autem fit ita, si sancti spiritus ardore, peccatis incipis viriliter cupiditates tuas, et appetitus inordinatos, quos per praemissam discussionem vel experientiam tuam in te reperisti vel sentis, eicere et expugnare, non permittens ad hanc in te quantum in te est, tales motus sive superbia, sive inanis gloria, gula vel luxuria immorari, sed subito cum eis percipis, statim surgis, et accingis gladium tuum super femur tuum, et te praeparas ad bellandum, sed et cum te non impugnant nec infestant, tu ea impugnas, quatenus quomodo contraria vitijs tuis et passionibus agens poteris ea si fieri poterit

radicibus extinguere, et extirpare, Verbi gratia: sentis te
nonnunquam appetitu gloria ferri, moveri altitudinis, et
dignitatis ambitione, gula, luxuria, et aliorum motibus
agitari, hinc tu velut alter phineas, zelo ignitus fervida
voluntate incipis omnia agere, quae huiusmodi concupis-
centiis etiam iam quiescentibus sunt contraria, et eorum
expulsiva, omnia scilicet vitia, et despecta agere, loqui,
sed cum hoc facere, et continuare inciperis, tunc vere
in te sentis, et ut dictum est, quodammodo manibus palpa-
bis fortitudinem in te vitiorum, et passionum, et desordina-
tionem virium animo, et affectionum. Insuper gentem contra
te ea, quae laboras extinguere vitia, viriliter, et contra te de-
fendunt. Et rursus iratus insurgis contra ea, et fiet inter te
et tua vitia grandis et gravis luctus, ita ut nonnunquam re-
sistas, et iterum resistas, nonnunquam desicias, et iterum
resurgas, atque multoties fatigaberis, cum videris legem carnis
suae tam fortem, et tam impoetum legi mentis, et voluntati
suae resistentem, clamare necesse habere ex sententia
cum apostolo: quis me liberabit de corpore mortis huius?
Et item cum propheta: quoniam iniquitates meae super-
gressae sunt caput meum sicut omnes grassae gravatae sunt super
me, et atque ita vere dices cognoscere quam sit plenus inor-
dinatis concupiscentiis, et nocivis cupiditatibus. Et haec quae
valida sunt in te, et radicata. Ecce, inquit chrysostomus
super Mathaeum: ostendo tibi magnam et insuperabilem
persecutionem in corpore tuo. incipe resistere desideriis
tuis, et tunc intelliges quam fortes spiritus desideriorum
malorum persequantur te. haec est enim prope gravissi-
ma, qui potuerit odire, quod amat, et amare quod odit.
haec chrysostomus. Ecce ergo quam directa et rectissima via
ad sui cognitionem in hac parte.

Sane quamdiu ipsa vitia impugnare non inci-
pis, nec legitime resistis, ipsa quodammodo abscondita sunt
ab oculis tuis. latent enim in te, ut ea perfecte non sen-
tias. audi de hac re expertissimum in hac materia: impug-
nari, inquit, signum est, quia pugnamus, quod est dicere:
si pugnamus, impugnationes et resistentias vitiorum senti-
mus, si vero nos desides ab impugnatione cessamus, effici-
mur stupidi, et insensibiles, eorum impugnationes, et re-
sistentias non sentientes. Et audi elegantem cuiusdam patris
super hoc similitudinem: cum janua aperta fuerit, et intrat
et exit quis curq; velit, non auditur sonitus pulsantis, sed
solum cum fuerit clausa, ita si aditus cordis tui pateat
vitiis affectibus, cum videlicet diligenter non consideras
quales affectiones in te nubrias, nec viriliter resistis, tunc
inportunas earum, et validas non percipis suggestiones,
hinc est illud beati Hieronymi: per prima sententia est

nulla tentatione pulsari, id est, non sentire pulsari, cum nullus sit sine tentatione, cum tentatio sit vita hominum super terram.

Documentum 20.

Quo major a sumpta virtutis estimatio, remotiorq; a vero fuerit, eo detestabilior etiam, et perniciosius malum. Nam si virum quempian egregie Doctum, egregieq; in negotijs publicis exercitatum, atq; ita sententia omnium probatum, caterumq; iudicio suo multis, quibus inferiore eum esse constat, se longe preferentem viderimus, errat hic graviter quidem, sed excusatione et venia dignior videtur, quam is, qui litterulis paucis medicis interitibus, in rebusq; parum publicis, parum quoq; privatis versatur doctus. Sino, se cuiq; et prudentissimo parat pure merito esse vel comparandum, vel anteponendum. nulloq; secum eos cogitatus, ea verba proferat, eo inceptu atq; gestu corporis moveatur, ac si Doctrina, rerumq; omnis experientia, Despectis ceteris, divino quodam consilio in eum profluxisse videatur. Non est hoc errori ulli ad scribendum, sed manifesta magis fatuitate, atq; stultitia. Si qui autem (quod est omnium pessimum genus) cum neq; litteris, neq; cognitione ulla rerum, et prudentia valeant, ita tamen loquantur, ita se palam omnibus exhibeant, ac si vel platonem docentem, vel latonem consultantem semper audierint, non iam fatui hi, aut stulti, sed dementes omnino, atq; insani iudicandi sunt, cuius tanti mali pernities ita aperta in quibusdam apparat, ut et gestibus corporis, et communitibus, qui habentur sermonibus, manifeste eam quiq; deprehendant. Ita vero in aliquibus latet, in ipsiq; penetralibus cordium recondita tacet, ut non facile eam cognoscere queat vulgus ignarum: acuta autem sapientissimorum hominum iudicia sapè discernant.

Fugienda est igitur omni studio huiusmodi hominum, sive stultitia, sive insania, quos nec aliter ac stultos divino sepe littera insectantur: nam qui confidit in: *prov. 28.* *ecclesio.* quib; salomon] in corde suo stultus est, aut quoq; cor sapientis in dextera eius, et cor stulti in sinistra eius, sed et in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos estimat. atq; et est alia eius sententia: expedit magis vasa *prov. 17.* occurrere raptis fatibus, quam fatuo confidenti sibi in stultitia sua. Gregorius vero Nanzianzenus stultos etiam eos attestans, qui parum instructi docere alios tanquam magna ipsi prelati sapientia, affectant, non sentientes imperitiam suam, dicit morbum hunc lacrymis ingentibus, et luctu magis, quam verbis indigere, miraturq; esse

- frequenter apud se ipsum huiusmodi homines scientes
quod videri velle sapientum, hoc est omnino non esse sapien-
tam: grandeque impedimentum esse hominibus ad virtutem
falsa et inanis gloria presumptionem. Ut enim Cuiuslibet
prov. 3. non ait) malitia, quam vidit, sed sole virtutem, qui videtur,
apud se sapiens esse. quare virtuti nihil proprie: Deo autem
tantum innitendum esse monet, habe, inquam, fiduciam
in Domino ea solo corde tuo, et ne irritaris prudentia tua
in omnibus vis tuis cogita illum: et ipse diriget gressus
tuos: ne sis sapiens apud te metipsum, time Dominum, et
recede a malo: sanctitas quippe erit umbilicus tuo, et rectiga-
tio operum tuorum: qui enim ad Deum cuncta referens nihil
in se sapientia existimaverit, Deo illum esse habitaculum
prov. 30. dicit his verbis: visio quam locutus est vix cum quo est
Deus: et qui Deo secum morante confortatus ait: stultip-
simus sum vicorum, et sapientia hominum non est mecum:
non didici sapientiam, sed non novi sanctorum scientiam.
Galat. 6. unde et paulus ad Galatas scribit: si quis existimat
se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducat. Corinthios
i. Cor. 3. quoque instruens: Nemo, inquit, vos seducat, si quis videtur
inter vos sapiens esse, in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit
sapiens, sapientia enim huius mundi, stultitia est apud
Iob. 5. Deum: scriptum enim, comprehendam sapientes in astu-
tia eorum. Et iterum dicit: Dominus novit cogitationes
ps. 93. sapientium: quoniam vana sunt, qua pauli verba Deum
interpretabatur. Basilus in libro, quem scripsit de insti-
tuto Monachorum, ostendens, quomodo sit aliquis
in hoc saeculo stultus, apud Deum vero sapiens, si timeat
psa. 5. ait, sententiam Dei dicentis: va qui prudentes sunt apud
ipsosmet, et in conspectu suo sapientes: et imitetur eum
ps. 72. qui dicit: ut iumentum factus sum apud te. Et omnem
prudentiam arrogantiam abiciens, non prius credat sen-
tentibus suis in se aliquid boni, quam mandato Domini
illuminetur: ut intelligat, quid est, quod placeat Domino
sive in opere sive in verbo: sive in cogitatione, secundum
2. Cor. 3. quod apostolus ait: fiduciam autem talem habemus per
christum ad Deum: non quod a nobis ipsis idonei, sed
cogitare aliquid quae sita nobis, sed sufficientia nostra
christus est. cavendum igitur esse docet Divina alia sen-
Ecc. 6. tentia: non se extollas in cogitatione anima tua, velut
taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, et
folia sua comedat, et fructus suos perdat, et caliginaris
Rom. 12. velut lignum aridum in eremo. Nolite quoque, sicut paulus
esse prudentes apud vosmetipsos, non alta sapientes, sed
humilibus contententes. per prophetam quoque dicitur:
psa. 5. Va qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismet-
ipsis prudentes.
- Qua, qui servaverit, et stulti nomen, quod est tam

vile, et opprobriosum, effugiet: et magnis se liberabit malis, angelitus se commodis. in quo proponere nobis exempla debemus, saulem, et David. quos Gregorius commemorat, pulcherrima certe documenta: unum superbia: alterum humilitatis. contra enim superbientem saulem dicitur epe: cum epe parvulus in oculis tuis, caput te constituis in tribus: bubus, et asinibus, ac si aperte diceret: cum te te parvulum considerares, ego te pro ceteris magnum feci, quia vero tu te magnum conspicias, a me parvus estimaris. David autem cum sui regni potentiam coram arca Domini saltando despicere, dixit: ludam et viliose sum, plusquam factus sum: et ero humilis in oculis meis: proindeque a Deo conservatum, majoribusq; semper bonis ductum fuisse, quem enim cingit non extolleret ora leonum frangere, urforum brachia dissipare, de preteritis prioribus rebus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula ungi, timendum cunctis uno lapide Goliathum sternere, a rege proposita catinibus allophyliis numerosa praeputia deportare, regnum ex promissione percipere, cunctisq; Israeliticum populum sine ulla postmodum contradictione possidere? At tamen in cunctis se despiciit qui in suis oculis epe se humilem confitebatur. quibus tandem tam gravem et horrendam, tam altum atq; diffusa, quae in humanis mentibus habitat, praesumptionis pestem intelligere, intellegendumque evitare possumus: extrinsecam virtutum, spoliaticam meritorum, extrinsecam omnis boni, popularicem totius orbis, quae indignabunda, imperiosa, petulans, excelsa et depresso curru simiis ducentibus pervehitur, pinnata et hispida, ac effusa, promissaq; virte induta, pedibus claudis, et contortis, facie pallida, et invenusta, sed adhibitis fucata coloribus, cornibus alti capiti prominentibus, auriculis oblongis, naso repando, et simis, naribus in fastidientis modum contractis, spirantibusque injurias, et contemptum, labris productis, ad unco sulca, elata fronte, excelsa et conjunctis superioribus, cervicem rigida, humeris in altum sublatis, oculis arduis, et minacibus, sed pro coeitate nihil videntibus. caeci enim parentes eius caecam atq; filiam genuerunt. amor scilicet proprius, et ignorantia, qui illam apud deum comitantur. Nec discedit ab ea unquam fida et individua soror stultitia, ipsa demq; quae nata parentibus, item ipsius conjux perpetuus illius comes, temeritasq; filia gremio semper eius sedet.

i. Reg. 15.
2. Reg. 6.

Aspirat et illi ministrorum ingens turba, livor, pallor, contemptus, odium, rancor, moror alicui boni, gaudium mali, mendacium, simulatio, amor laudis, cupiditas honoris, tumor, ambitio, jactantia, arrogantia, insolentia, qui dominari circumfusi, et favore, et horfatu, et plausu, et summa laude prosequuntur. quot quot ad eam mortales aspiciendam conveniunt, venenata ista illa allicit atq; omnes inficit, ut dulci ipsius veneno nemo non factus imperioso, subdi

eius potentati Delectetur. Haec est una, quae sanctum de
quâ scribimus, perseverantiam validioribus viribus infes-
tat, fortioribusq; armis impugnat. quae maiora aciens
odia, tristiora illi bella suscipit, quae callidius illi in-
sidiatur, gravius eam exerceat, audacius insultat, inde-
fessusq; persequitur. sed novit ipsa hostilem, et astum
simul, et impetum, neq; quanta sunt eius vires ignorat
cui et resistere probe videtur, quod quibus modis effugere
possit, papim in libris aëtheticis legere licet.

Paranesis Auctoris ad Penitentiam.

Deus omnium mirabilium auctor, misericordiarum
pater, et consolationis, in tribulatione refrigerium, cuius
gratiâ prorsus homo sua peccata confidat, plangit
et emendat. cuius respectu, et munere incipit vel bonè
facere, vel vitare malum, et refutare, sequi iustitiam, et
Declinare ab iniquitate, desiderare perennia, et horre-
peritura, confiteri misericordias tuas, et abnegare impiet-
tates suas: quia nihil proprium habet homo, sed conversio
et profectus illius donum tuum est: nec à se quingquam
potest corrigi, sed à te, dicente propheta: scio Domine,
quia non est hominis via eius: nec viri est, ut ambulet, et
dirigat gressus suos: et Apostolus ait: non volentis, neque
currentis, sed miserantis est Dei: et ipse dicit: miserabor
cui volueris, et clemens ero qui mihi placueris. adesto igitur
supplicationibus meis, intende deprecationem meam
et quod ex peto perfice propitius, et intende placatus.
tu enim abstraxisti me de laqueo mundi, et eduxisti me
de retiaculo peccatorum. tu referasti os meum ad con-
fitemendum tibi, cum essem peccatis omnibus obligatus: et
fecisti intelligere me quomodo aut pro quibus obsecrare
te. posuisti fiduciam in corde meo postulandi necessaria
anima mea: quoniam cum propheta dixit, volens ad mise-
ricordiam revertaris, et misereris, obliviscens mala hominum
et peccata benignitate pertransiens: et ipse dixisti: petite
et accipietis, querite, et invenietis, pulsate et aperietur vobis.
qui enim petisse, et pulsasse licentiam tribuit, dare sine
dubio et aperire paratus est: nec est avarus ad impetrendum,
qui petere clamat non habentibus: ac per hoc ipse se
postea panisabit egere, qui ad dandum sibi à dispensatore
congruentia remedia modo neglexerit impetrare. sed eo
silere nequeo, factu gratia supervenientis admonitus.
Nam fateor Domine, quod indignum me provenit mise-

127
recordia tua, et dum in grabato multorum peccatorum
huius saeculi, mortiferis quodam iacerem sopore deprepius,
misti gratiam tuam cum flagellorum strepitu suscitare.
damnabili torpente somnata, ut a perterritis oculis expergerem.
factus, dum in me nihil victus boni operis recognoscerem,
venire ad te, vita petitus alimoniam, ne me egestas
superueniens in novissimo profocaret.

Adiucō confurgens ad te lamentationum clamoribus.
tui prece multifaria, pietatis tua pulsans auditus, per
alphabetum quod infra posui, singulas eius litteras, rigans
flumine lacrymarum; compulsi enim me pavore iudicij
tui flere diutius, et gratia tua fecit fiducialiter exorare,
credens quia in te Deo meo transgrediar murum omnium
iniquitatum mearum, quae circumdederunt me atque pra:
restus angustiarum mearum afflictionibus, pertransiā
ad amplitudinem latissime iucunditatis scilicet non
huius saeculi, sed futuri. Hanc obrem non desinam
exorare te, donec miseraris mei, et salves animam meam;
qua confitetur tibi hodie in conspectu tuae plorationis, quia
introduxisti me; quia non meo merito, sed tuo dono a Tartari:
sima perditione claustra perveni, et in fontem lacrymarum
illius ingressus sum, variis nequitiae maculis lavaturus,
quae nondum me petente, sed te prestante mihi collata
est, tuamque misericordiam procurante, nec dum eam quaerere
inveni. Ecce iam non minimo tempore in astu afflictionis
eius desudo, sub distractionis eius regula labores. Cum ipsa
contendens quotidiana examinatione discubior, praesentia
illius magnos mihi gemitus trahit, et flere me quia de:
liquissem magis magisque compellit, et gratias tibi refer:
re jugiter docet pro patientia tua magna, quam diutius
sustinuisti me peccantem, et servasti tempus correctionis,
quo relicta pravitate converterer, ne peccatum
incepenter persequens in aeternum cum peccato perirem;
et nunc misericorditer erudiens me in viam tuae operario
salutem meam, subtrahens de corruptione vitam meam,
et animam de interitu: ut scirem electione bonorum
iniqua praetergredi.

Et hoc confidens spero: quia sicut induxisti peniten:
tia tribulationes, ita et indulgentia miserationis imperitias.
non solum auctor, sed et benedico nomen sanctum tuum,
quia distulisti eventum mortis: ne in peccati torpore ad
penam sempiternam desiperem. et subvenisti mihi de
longi providens remedium curationis meae, eo quod ulcere
pestifero laceratam animam meam huius penitentiae
medicaminibus tradideris sanandam. bona enim mihi est
stimulatio illius, quae offensiones praeteritas fugere do:
cet, et futuras cavere me praemonet. leve respuo iugum
oneris eius, quia graviores tollit cruciatus quam infere:
rat, et dum temporaliter premit, aeternaliter redimit.
amabilia mihi sunt vincula illius, quae nunc in parvo

ligant ut absolutum in perpetuum faciant. placita sunt
exteriores sordes illius, eo quod eundem scabrositate
interius anima, maculis emundetur. Et suavior nunc mihi
est eius amaritudo, quam dulcedo ludibrosa vita in praeterito:
quia per illam vitam anima profocatur, per
istam vero ab huiusmodi morte resurgitur. quod illa sor-
didavit, ista diluit, quod cruentavit, illa medetur et
sanat haec. si enim noxiam exterius cernerem in corpore
vulnus, aut aliquem intrinsicum sentirem viscerum dolo-
rem, oculus omnino ad medicum currem, secundam
cum doloribus ferro traderem carnem, et ignito cremanda
cauterio, atque causa reparanda salutis, amari sissima bi-
bere non recusarem antidota. Cur ergo ista moleste
feram, per qua anima de sempiterno interitus salutis per-
petua restauratur? quid retribuam tibi Deus propitius
amator hominum, et clemens justificator peccatorum
pro his qua prestitisti mihi? calicem salutis accipiam,
non est tuum obinde cum laudibus invocabo: in viam
vita reduxisti, gressus meos, grates tibi referre non
desinam. haec est enim via per quam de interis ad
calum recurritur, de peccato ad iustitiam reditur, de
offensione ad tuam gratiam revocatur: et ut in brevi
concludam, omnis ruina haec est reparatio. haec denique
orante publicano in templo superat iustitias pharisaei,
in hac reddit iustorem: haec dardarum per flagella
temporalia ad requiem deduxit aeternam. tibi Domine
latus et gloria, qui percutis, et sanas, vulneras et mederis.
Das Dolorem, transitorium, et post paululum aeterna
iucunditate refrigeras, quoniam iustus et pius es: iustus,
quia nequaquam delinquenti parcis: pius autem,
quia penitenti misericordiam non subtrahis: et iustus,
et pius es, quia prius hic hominem a peccatis emendas,
et postea ab aeterno supplicio liberas.

Nec unquam de peccato securitatem habere
penitentiam oportet: quia inimicitia eius haec est: partur-
rit enim illi negligentiam, et negligentia sepe insolentiam
ad vitia transacta reducit. sed tantum debet esse
promptus ad penitendum, quantum et promptus ad peccan-
dum extirrit. tantumque sublimius per humilitatem proficit,
quanto inferius per elationem nocuitur pro lapsu fuisse:
et non solum plangere, quia malum, quod non debuit, fe-
cit, sed etiam quia bonum non gessit, quod debuit. cautissi-
mum enim haec res, non incertum, iustificat operari:
penitentia enim vera in omni sancto opere, sollicitudinis
anxiatur. Non habet omnino rursus, fabulas vanas non re-
cipit, neque desiderij inquinatur, factijque protervis: terrene
na non concupiscit, caelestia desiderat, de fine suo cogitat,
iudicium futurum, semper intendit, et qualiter coram Deo

Digne appareat, hoc quotidie sibi procureat, soli Deo mi-
 litat, in nullis mundi negotiis involvitur, in vigiliis et
 orationibus frequentissima est, in jejunijs exercitata,
 in cibo et potu moderata, in labore et lectione assidua,
 in charitate perennis, in castitate perpetua, in sermo-
 ne verissima, in juramento continent, benigna est et
 patient, invidia non succenditur, ira non seperatur,
 cavet iactantiam, humilitatem amat: contumeliam non
 respicit, odit avaritiam, fugit vanam gloriam, super-
 biam detestatur, gaudia respicit, gemitus et suspiria
 et tribulationes amplectitur scilicet, quia misericordia
 tua non negligentibus neque ridentibus conceditur: sed
 afflictis et contritis corde donatur, sicut ipse ait: Beati
 qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et iterum: va-
 vobis qui hunc ridetis, quoniam lugebitis et flebitis, et
 Apostolus: miseris inquit, estote, et lugete, et plorate.
 risus vester in lachrimas convertetur, et gaudium in ma-
 rorem. Humiliamini ante Dominum, et exaltabit vos. Cer-
 tum sane est, quod omnis culpa fletu solvatur si re-
 novata morum pravitate, et contracta malitia non re-
 pehatur. Nam non sufficit a malo discedere, nisi sub-
 sequatur bonum etiam operari: sicut scriptum est: Decli-
 na a malo, et fac bonum: et alibi: quiescit agere per-
 versum, discite benedicere: quatenus peccato satis factio
 penitentia opposita simulque praeterita malitia succa-
 dent bonitate cooperta, et obvoluta pereat, et minus
 inventa mortificetur. quomodo enim quia per satis factio:
 non fletus, lapsa est sum erigitur anima, et huiusmodi
 lavacro nitore pristini recipit dignitatem, expedit mihi
 augere fletus, et celebres facere lacrymas, super crebro
 repetitis iniquitates meas, quas innumereabiliter fre-
 quentaui.

Non enim mihi plorare sufficere puto iuxta
 copiam Delictorum: plangam ob hoc assidue in amari-
 tudine Delicta mea, si forte tibi placeat usquequaque
 mundare me ab illis. Utinam meo capite in cruce
 lateres verberentur, et pro lacrymis sanguinem fundere:
 ut crudelia peccata, crudelibus lancetis abstergerem,
 quibus me olim ignava fatuitate nequiter vulneravi.
 Immensis idcirco radiis satagens everberetur anima mea,
 qua etiam exaruit formidine tui furoris exterrita. Con-
 versa est in succum absinthii vita mea, felle et aceto
 redundant viscera mea, doloribus profundis corrumpunt
 praecordia, suspirio excipitur, et gemitus in
